**NE** SSE diu stultus uestæ simulachra putauit: Vesta nullū anq̄ habuit simulachrū: ut ignis nullā certā effigiem hēt. Atq̄ (ut scribit Plutar.) ab urbe cōdita ad annū eius. clxx. Romani tēpla sine ullis deoz̄ imaginibus habuerūt edocti a Numa deū nihil aliud q̄ mentē increatā & inuisibilē esse. **S**T at vi terra sua: docet unde uesta nomen accepit: & uel Vestā dictā esse q̄ terra q̄ uesta est vi sua stet: uel græcū esse uocabulū: qm̄ ab eo qd̄ a græcis estia dī uesta deduci pōt subtracta i sra & aspiratiōe cōuersa in u consonantē. Vñ autor subiungit: pars graii nois. Si. n. græco noie integro uteremur hestia diceret̄ uel forte uestia. **A**T focus a flāmis: Focus ara deoz̄

ANT.  
FAN.  
Romano  
rū tēpla si  
ne ullis  
imagini-  
bus.  
Focus.

Esse diu stultus uestæ simulachra putauit  
Mox didici curuo nulla subesse tholo:  
Ignis inextinctus templo cælatur in illo:  
Effigiem nullam uesta nec ignis habet:  
Stat vi terra sua vi stando uesta uocatur  
Causaq; pars graii nominis esse potest:  
At focus a flāmis & q̄ fouet omnia dictus.  
Qui tamen in primis aedibus ante fuit:  
Hic quoq; uestibulū dici reor unde p̄camur:  
Quæ famur, uestā quæ loca prima tenet:

penatū est teste Porphyriōne: quoq; in numero Vestā eē Macro. tradit: Cuius uirginale simulachrū ignis i foco statuit̄: ut inq̄t Eusebius. Quā ob cām Ouidius docet hoc loco unde focus dicat̄ q̄ est sedes uestæ. Hic a fouendo. i. calefaciendo noīatus est autore Festo ut foculi fomenta focillationes. Est aut̄ focus ut inq̄t Seruius quicqd̄ ignē fouet siue ara sit siue aliud q̄ppia. Focula uero dicta sunt nutritimēta: ut ait Nonius unde foculare dī ut fouere. **I**N primis aedibus. in atrio erant olim colinæ teste Seruio. Vnde atrii dictū putant̄ q̄ atrū esset ex fumo: quīs Varro & Festus aliter sentiāt quoq; Festus atrii eē inq̄t aedificii genus ante aedes cōtinēs mediā areā in quā collecta ex omni tecto pluuia descendit dictū q̄si aterriū q̄ a terra oriat̄ cum Seruio placeat priorē partē domus atrii appellari quā quidā arbitrati sunt eē uestibulū dici: ut. A. Ge. scribit dictū:

Focula.

Atrium.  
Vestibulum.

ut Seruius tradit: uel qd̄ ianuā uestiat: uel a Vesta cui limen est cōsecratum: uel q̄ ibi nemo stet q̄a in limine solus est transitus quō uelanus non sanus dī. Cæterz̄ Cecilius gallus teste. A. Gel. uestibulum esse inq̄t non in ipsis aedibus: neq; partē aediū: sed locū ante ianuā domus uacūū p̄ quē a uia aditus accessusq; ad aedes eē cū dextra sinistrāq; inter ianuā tectaq; q̄ sunt uia iuncta spatū relinq̄tur atq; ipsa ianuā p̄cul a uia est area uacanti interista. Et quoniā ue particula: ut Macro. & A. Gel. tradunt nō solū minutionē sed eē intensionē interdū significat: & q̄ dñm domus salutū ueniebant priusq̄ admitterent̄ in uestibulo consistebant: quibsdā placet a ue & stando q̄ ibi multū staretur uestibulū appellatū. Nonius autor est qm̄ aræ ac foci in uestibulis olim hīi solerent putasse nōnullos a uesta uestibulū nominatū. Idem scribit coquinā a ueteribus colinam dictā q̄ ibi ignem colerent: cui Seruius astipulatur docens maiores ad limina solitos & epulari & deos colere. **I**Nde p̄camur cum famur ue

Colina.

**NE** SSE diu stultus: putabā inquit poeta esse aliquā uestæ effigiem. sed nihil ē nisi p̄petuus ignis: cuius non est dare simulachrū: nec etiā uestæ. Transit deinde ad originē uerbi: unde uesta: & unde focus dicat̄. **E**GO stultus. imprudens. **D**iu pu. esse uel. qd̄ in tēplo esset imago deæ. **M**OX: statim cū ita esse putarem: aut cū nūc animo uoluerē. **D**idici: inspirante numine. **N**Vlla subest cur. tho. nulla eē simulachra sub ipsa testudine tēpli & tñ seruabant̄ in eo tēplo dii penates: de quibus diximus in primo & palladiū: de quo postea dicemus. **I**GNIS inextin. perpetuus: qui nunq̄ extinguebat̄. **C**ælatur in illo tēplo: seruat̄ intra tēplum: & ut Plutar. inq̄t in uita Numæ: si forte qn̄q; ignis deficiat: ueluti Athenis: Arynstone: Tyranno sacrā lucernam extinctā aiunt̄ & apud delphos tēplo a medis incenso: & romæ: tum Mitridatici: tū civilis belli t̄pibus: simul cum ara & ignis perire: dicunt nequaq; decere ex altero igne accipi: sed nouū & peregrinū elici oportere: accensa ex sole flamma pura: & immaculata: docet̄ p̄terea quo pacto ex sole ignis accēdatur. **N**Vllam effi ue. nec ignis ha. nullum est uestæ simulachrū: nec etiā ignis. **T**erra stat vi sua: sua mole librata: & sua vi immobilis existit. **V**esta uo. vi stat. quoniā ut demonstrauimus: uesta eadē est & terra: ea q̄a ui stat: uesta dī. **E**T pars graii no. po. eē cā nominis. i. latini: pōt hoc latinū nomen hīe originē a græco noie: qm̄ εστια focus: & uesta: & lar & domus dī & εστια dī uestis. Pars dixit: q̄a non totū græcum nomē accipimus: sed partē dicimus uesta: & nō uestia. Et εστια aspirat̄: cū aspiratio uertit̄ in. u. n̄m sicut ab hespero uesper ab henetis uenetos dicimus. **A**T fo. di. a flā. & q̄ oia fo. a flāma uel a fouēdo focus deriuat̄. & hoc p̄ ignē uestalem cū & globus ille pro figura terræ: & ignis in tēplo uestæ sit. **Q**VI tñ: focus. **A**Nte fuit in pri. aedi. olim in prima aediū parte erat focus. quasi in ipsis uestibulis. **H**inc: a uesta. **R**ori: arbitror. **D**ici uestibulū: p̄terea qd̄ focus in uestibulo sit: existimo a uesta uestibulum dici. **V**e: ut Gellius inq̄t uestibulū putabant aliqui eē partē domus primorē. quā uulgo atrium uocat̄. **C**ecilius in lib. de uerboz̄ signifi. uestibulū. non aediū partem esse dixit: sed locū ante domus ianuā uacuum: p̄ quē a uia aditus. accessusq; ad aedes est. **V**nde Virg. in. vi. uestibulum ante ip̄m. **P**rimisq; in faucibus orci non primo rem aedium partē esse dixit. sed loca duo demonstrat extra orcum: fores. i. & fauces. **E**x quibus uestibulū appellat̄ ante ipsam domū. & ante ipsa orci penetralia. **F**auces autē uocat̄ iter angustum p̄ quod ad uestibulum adiretur. **M**arcellus uero ita inquit uestibula quidā purāt sub ea proprietate distincta. qd̄ in primis ingressibus: & in spatiis domoz̄. uestæ hoc est aræ ac foci soleant haberi. sed sic intelligi debent nō abhorreant uocabuli p̄prio inuenitur eē apud ueteres doctos uestibula ob eam significantiā dicta qd̄ in his locis ad salutandos dños domorum quicūq; uenissent stare soleāt cū introeundi dare copia. **A**tq; ob hanc constitutionē. & q̄si stabulationē. **P**rimos ingressus domoz̄ uestibula nominatos. **C**icero in oratore **V**estibula nimiq; aditusq; ad cām faciunt.

PAV.  
MAR.

**I**nde ex uestibulo. **P**Ræcamur q̄ famur: p̄cando deos alloq̄mur: ut apud Virg. **A**ffaturq; deos: & sanctum si dus adorat. **V**esta est q̄ tenet prima loca: ipsa uestibula: qm̄ ut diximus ibi aræ & foci soleant haberi.

**ANT.** **SCAMNIS** considere longis: Virg. Perpetuis soliti p̄ses cōsidere mensis: hoc ē lōgis & ad ordinē sedentium  
**FAN.** exeq̄tis. Maiores n̄ri cū duobus tm̄ cibis uterent: ut Seruius scribit in atris sedentes epulabant: quem morem  
**Maiores i** Varro docuit romanos a Laconibus & Cretēsis habuisse. Sedebāt & flamines sacra faciētes ad mēsas q̄ as  
**atriis epu** fidelē dicebant: ut autor ē Festus: secūdu quē & Anclabris dicebat mensa ministeriis aptata diuinis & ancla-  
**labantur.** bria eius uasa q̄d anclare haurire sit: ut Florē anclabant liberi ex archēsis: quē admodū: & curiales mense uoca-  
**assidelē** bant in q̄bus imolabat Iunoni q̄ Curitis ē appellata. Sedebāt & q̄ epulabant in sacris Herculis: ut Macro. do  
**Anclabria** cet. Mēse credere adesse deos: Veteres deos quoq̄  
**Anclare.** ad cānā interdū inuitabant. Valerius Max. Fōminā  
 cū uiris cubātibus sedentes cānitabant: q̄ cōsuetudo ex  
 hoīum conuictu ad diuina penetravit. Nā in iouis epu  
 lo ipse in lectulo. Iuno. & Minerua in sellas ad coenam  
 iuitabant. Sane ut Macro. refert in papiriano iure eui  
 denter relatū est mēsas dicatas ararū uicem p̄stare pos  
 se q̄lis mensa fuit in templo Iunonis populoniae. Itaq̄  
 Festus mēse ingt in aedibus sacris araḡ uicem obtine-  
 bant. Platar. aut in q̄stionibus scribit nullā mēsam con-  
 sueuisse uacūā tolli: sed oīno cum aliq̄d ēt sup̄esset: q̄d  
 mensa sacra sit: nihilq̄ sacrū relinq̄ inane & uacuum  
 oportere. Quod aut̄ hic Ouid. ingt mēse credere ad es-  
 se deos ideo dicit: q̄a foci sunt ueste sedes & ignis uesti-  
 ta ē. **AN.** sacra uacunae: Vacunā deā Sabini subicerta  
 specie formatā coluerūt teste Porphyriōne quā q̄dam  
 Bellonā eē putauerūt. Alii Mineruam. alii Dianā alii  
 Venerē. alii Cererē. alii uacatiōis deam: de qua ingt  
 Horatius: Hāc ego dictābā post tēplū putre uacunae.  
 Var. in p̄rio reḡ diuinaḡ ut Acrō tradit uacunā eē uictoriā memoriae p̄didit q̄ eā maxie gaudeāt: q̄ sapiētiae  
 uacēt: uel ut q̄busdā placuit q̄a uictoria fauēte a curis uacamus. Venit i hos hamos: In hāc aetate in hāc tem-  
 pora. Vetusitas: Mos & ritus ueterū qui in patella cibos uestae mittere cōsueuerūt quod etiā t̄pibus Ouidii fa-  
 ciebat. Pura patella Patella diminutiōū ē a patina ut ab asina asella a gemina gemella. Est autē uas picatū ac  
 parūū teste Festo: aptūque sacrificiis faciēdis. Ecce coronatis panis dependet asellis. In honorē uestae focorū  
 domine asini hoc t̄pe molas uertere cōsueti. coronati floribus & e p̄ae ueluti monilia quaedā gerētes ad focos  
 ducebātur & pistores eo ueniebāt atq̄ in super mola fertis & floribus ornabāt. Cōsueuit & panibus redimiri  
 caput equi quē idibus octobris in cāpo martio imolabant ob frugū euentū: ubi equus potius q̄ bos cedebat  
 autore Festo: q̄m bos aptus est frugibus pariēdis. Coronabātur aut̄ asini uestalibus q̄a Vesta (ut diximus) est  
 focorū d̄na ubi olim panes cineri suppositi coquebant cū in furnis tantū farra torrerēt ut in fornacibus dictū  
 est. **SV**ppositū cineri: Ut Vestae beneficio coquerēt: ut Dumq̄ suas peragit Vulcanus uestaq̄ partes.  
**PAV.** **CERAT** olim mos: cōsuetudo. **C**onsidere: simul oēs de domo sedere. **A**Nte focos: quae in uestibulo erat.  
**MAR.** **L**ongis scānis & cōsidere adesse deos menses: p̄pterea q̄d ante aras & focos cōsiderent putabant dū accūbe-  
 rent adesse numina. **N**unc quoq̄: ēt hoc t̄pe seruāt illa uetus cōsuetudo: ut ante focos sedeāt in uacunalibus.  
**C**um sūt sacra antiquae uacunae: cū deae uacationis festū celebrat: & sacrificia fiunt. Vacuna. n. a uacando di-  
 cta q̄ praest uacantibus: & ociosis: cui cū agricolae a laboribus ruris cessarent: & post p̄ceptos fructus requiesce-  
 rent p̄ hyemē uota soluebant & sacrificabāt. **S**tant & sedēt ante uacunales focos: cōsistunt ante arā & focos  
 in uacunalibus cū imensis appositis dapibus epulant. De uacuna ea rettulimus: q̄ ex multo se sentētis inferrebā-  
 tur. **V**terq̄ in eo uersu epistolae Hor. Hāc ego dictābā post sanū putre uacunae Por. ingt Vacunā apud sibi-  
 nos plurimū colli: quod dā mineruā alios dianā putauisse nōnullos & cererē dixisse: sed Var. in primo diuinaḡ:  
 uictoriā dicere: & ea maxime hos gaudere: q̄ sapiētia uincūt. **V**etusitas: ritus & cōsuetudo. **V**enit in hos an-  
 nos: p̄uenit in n̄ra t̄pa. **A**lquo de more: ex aliq̄ cōsuetudine: q̄m ut antiq̄ solebant: ita nūc in uacunalibus se-  
 det: & in uestalibus: quē admodū a priscis fastitatū: cibi mittunt: ideo ingt. **P**atella pura: purgata & nitida: aut  
 pura: q̄a purae uirginū ad usum. **F**ert cibos missos: q̄ mittunt a piisciuibus. **V**estae: ap̄ti numini libātibus.  
**Q**uid quidē indicant illi duo Var. in manio uersus: quocirca oportet bonū ciuē legibus parere: & deos cole-  
 re in patellā dare. **I**unxit. n̄ illud deos colere & in patellam dare: pro cibis & munusculis: q̄ diis libanda mittun-  
 tur. **V**erq̄ eumēidibus ingt patella esurienti puocat posita neapolitanas piscinas: & in libris de lingua latina ait  
 patinas a patulo dixerunt: ut pusillas q̄ his libarent coenam patellas. Ecce coronatis in his uestalibus ex antiq̄  
 cōsuetudine a pistoriibus asini pane coronabant. **C**ausa ē q̄ pistori & focū: & uestam obseruat: ex antiquo etiā  
 more: cū panis de quo q̄ soleret in focis anteq̄ pani eēt furnoq̄ usus. **P**lut uero ostēdit in cōsualibus: Equos &  
 Asinos coronari solitos: & uacare a labore: siue q̄ neptūno equestri diē festū agant: & asinus p̄pter equū pari  
 frui licentia: siue q̄ instituta nauigatione: cū multa nauibus ueherent̄ ocū quoddā: ac remissis iumentis data  
 est. **E**Cce pa. de. asel. eo aselli coronati ferunt panē dependentē: aut potius hnt caput panibus redimitū: quē ad  
 modū idibus octobribus in cāpo martio: cū sacrificiū fiebat ob frugū euentū: & equus potius: q̄ bos imolaba-  
 tur: q̄ hic bos frugibus pariēdis ē aptus. **P**anibus redimibāt caput eq̄ imolati. ita nūc panibus redimibant ca-  
 put asini ab officio mole uacātis. **E**T ser. flo. ex floribus **V**elant: tegūt: seu coronāt. **M**olas scabras: aspas:  
 nā & mole quoq̄ ipse uacātes floribus: & accipias molas ex lapide ad terendū triticū in farinā: nam alias mola

Ante focos olim scamnis cōsidere longis  
 Mos erat & mensae credere adesse deos:  
 Nūc quoq̄ cū fiunt antiquae sacra uacunae  
 Ante uacunales stantq̄ sedentq̄ focos:  
 Venit in hos annos aliquo de more uetustas  
 Fert missos uestae pura patella cibos:  
 Ecce coronatis panis dependet asellis  
 Et uelant scabras florida ferta molas:  
 Sola prius furnis torrebant farra coloni:  
 Et fornacali sunt sua sacra deae:  
 Suppositū cineri panem focus ipse parabat  
 Strataq̄ erat tepido tegula quassa foco:

in facris ex farre & sale mollito. COLONIA agricolæ. PRIUS torreficcabant: seu decoquebāt. SOLA farra fuerunt: nō. n. PANIS in furno torreficabatur: sed far. ut in secūdo lib. diximus: & alio quoque loco attigimus: Numa istum ait: ut autor est Emina far torrere: quoniam tostū cibo salubrius ē: id uno mō consecutū statuēdo: nō esse purū ad rem diuinā nisi tostū: Is & fornacalia instituit farris torrēdi ferias. ET fornacalia deæ sūt sua sacra: nam in fornacalibus a Numa institutis: deæ fornaci cōuenientia sacra fiebat: de quo ē in secūdo dictū. Facta dea ē fornax: læt: fornace coloni Orant: ut fruges tēperet illa suas. IPSE focus parabat panē cineri suppositū: nō. n. in furno: sed in foco: & sub cinere panis coquebatur: quoniam ut inq̄t PLY. pistores Romæ nō suere ad perficū usq̄ bellū: annis ab urbe cōdita sup̄ gngentos octoginta. Ipsi panē faciebant quirites: mulierūq̄ id opus maxie erat sicut ēt non in plurimis gentium Artoptos iam Plautus appellat in fabula quā aululariam inscripsit magna cōcernatione eruditog: an uersus poetæ sit illius. Certumq̄ sit atrei capitonis sententia. Tostum panē lautioribus coquere solitos: pistoresq̄ tantum eos: qui far pinsebant nominatos &c. ET regula quassa: cōcussa. ERat strata tepido foco: hoc est focus ipse erat stratus tegulis & lateribus: & in his coquebatur panis.

Inde focum seruat pistor dominamq̄ focorū  
 Et quæ pumiceas uersat asella molas:  
 Præterea referā ne tuum rubicunde priape  
 Dedecus est multū fabula plena ioci:  
 Turrigera frontem cybele redimīta corona  
 Conuocat æternos ad sua festa deos:  
 Cōuocat & satyros, & rustica numīa nīphas  
 Silenus quis nemo uocarat adest:  
 Nec licet (& longū est) epulas narrare deorū  
 In multo nox est peruigilata mero:  
 Dii temere errabant in opacæ uallibus idæ  
 Pars iacet & molli gramine membra leuāt:  
 Hi ludunt, hos sōnus hēt, ps brachia nectūt  
 Pars uiridem celeriter pede pulsat humum:  
 Vesta iacet, placidamq̄ capit secura quietem  
 Sic ut erat positum cespīte fulta caput:  
 Atruber hortorū custos nymphasq̄ deasq̄  
 Captat, & errantes fertq̄, refertq̄ pedes:  
 Aspicit & uestā dubium nymphā ne putarit  
 An scierit uestam, scisse sed ipse negat:  
 Spem capit obscānā, furtimq̄ accedere tētat  
 Et fert suspēsos corde micante gradus:  
 Forte senex, quo uectus erat, sylenus asellū  
 Liquerat ad ripas lene sonantis aquæ:

INDE focū pistor seruat: Pīlūnus & Picunus fr̄es fuerunt ac dii p̄sides auspiciis cōiugalibus deputati teste Nonio: quoq̄ Pīlūnus pinseudi frumenti usū inuenit autore Seruio. Vnde a pistoribus colebatur qui a pinseudi farre nomē acceperūt cū olim tantū farinā facerent. Ipsi enī grites & mulieres (ut inq̄t Plynius) panē faciebant sed postea receptū est: ut pistorēs etiā panē coquerent. Quare ait Plautus in asinaria: cū a pīstore panē petimus uinū ex oenopolio. Et Festus cōquam inq̄t & pistorē apud antiquos eundē fuisse accepimus. idē usurpatū ē: ut hoc tpe ad focos uenirēt. Eo cōstat nō fuisse Romæ ad Perficū usq̄ bellū annis ab urbe cōdita sup̄ gngentos octoginta. Veteri at more uxoribus nec molere nec coq̄re p̄mittebat autōr Plu. Post filias enim Sabinis raptas facta pace & societate inita in fædere exceptū est uxorē uiro Romano: nec molere: nec coquinariam facere. PUMICEAS molas: scabras & similes pumici. CONUOCAT deos: Quorū ipsa m̄ est. Silenus: Male a quibusdā silenus p̄ scribit. VALLIBUS idæ: Quia ibi m̄ deoḡ colit. Est autē hæc ida phrygiæ Brachia nectūt: ut saltēt uel lucent. VESTA iacet: Physice iacentē Vestā inducit quia nullū elementū est inferius terra. CAPTAT: oculis capit ut elingat pulchriorem. NYMPHAM ne putarit: quia uesta montanum numen siue nymp̄ha non est.

INDE: ex eo qd̄ i foco panis coquebatur. Pistor seruat focū & dñam focoḡ: obseruat ueste numina: nā focū uestalē & uestā ipsam: q̄ focus p̄est. ET asella ēt obseruat hæc numina: q̄a hēt a uersanda mola uacatio nē in uestalibus. QUÆ uersat: frequēter uertit. MOLAS pumiceas: & pumicē. VEG: nō ē pumice fiūt mola sed ex lapide scabro: & aspero instar pumicis. PRÆTEREA referā ne tuū fabellā refert: uñ mos coronandorū in uestalibus asinoḡ originē hūerit: nā cū cybele ad cōuiuū deos cōuocasset: & post epulas alii uisibus: alii q̄ti sese dedissent: Priapus dormientē uestā adortus ē: legissetq̄ fructus ex arbore femoralis: nisi rudēs syleni asinū illā excitasset. Qua qd̄ cā lampfaceni asinū priapo nectūt. VEG: in primo lib. ostēdimus tribus causis asinum priapo mactari. In uestalibus uero ob meritū exctatæ deæ pane coronat. Præterea o priape rubicūde referā ne tuū dedecus: debeo ne ego retinere turpitudine tuā. FABULA ē plena multi ioci. qd̄. referenda est: q̄a iocosa fabula relata: pariet uoluptatē. Cybele m̄ deoḡ a cybela mōte phrygiæ de q̄: & mysteriis eius diximus i. iiii. Redimīta fronte corona turrigera: hoc ē hñs in capite coronā turrītā: p̄pterea qd̄ primis turres urbibus ipsa dedit. CONUOCAT ad sua festa: ad cybeleia: q̄ in phrygiæ montibus celebrant. DEOS æternos: immortales. CONUOCAT & satyros: & bacchū cōitabant: de qbus diximus in primo. ET nymphas numina rustica: deas p̄sides ruris: agroḡ: cōtū: montiū: nemoḡ. SYLLENUS: bacchi nutricius. de quo ēt in primo: & in tertio dictum. Adest quis nēo uocarat: uēit ille ad cōuiuū: ēt cū nemo uocasset. Nec licet nūerare epulas deoḡ: & longū ē: nō est fas referre arcanas deoḡ epulas: ēt si liceret lōgū est cōnūerare. NOX ē puigilata in multo mero: in multa cōpotatiōe. p̄traxere. n. sympositū in multā noctē. H: aliḡ ex illis diis. Errabāt temere imprudēter & sine ullo delectu. IN uallibus idæ: phrygiæ. Opacæ nemorosæ & umbrosæ. PARS iacet: recūbit. ET leuat mēbra molli gramine: alleuiat mēbroḡ laborē captās in molli gramine quietē. HI ludūt: exercēt se uariis ludis. HOS sōnus hēt: hū dormiūt. PARS brachia nectūt: alii simul alligāt brachia: ut palestra certēt: aut ut choreas

ANT.  
 FAN.  
 Pīlūnus  
 pistorēs

PAV.  
 MAR.

agitant. ET ter pulsât uiridē humū pede celeris: saltat uelocibus pedibus in choreis: aut potius accipias: pro his q̄ saltatiōe cōtendūt: cū ter: cū uno pede saltēt: & hic. Pulsat: pcutit humū ter pede celeri. VESTA iacet: requiescit. ET securā: seorsū ab oī insidiarū cura. CAPit placidā gētē: lenes sōnos. Sicut erat sulta caput ita ut tunc erat hīs caput sultū munitū. POSitū cespites: in hūo herbolā. ita. n. mūierat caput eo cespites innixa. AT cūstos hortorū: Priapus: rubet a rubro inguine. CAPtat oculis. f. ET nymphas: & deas: & rustica numina: & deas celestes. ET fert & refert pedes errātes: errabat hac: atq̄ illac. parās regēscētib⁹ nymphis insidias. ASpicit & uestā: seorsū ab aliis recūbentē. DVbiū ē. NE an putarit nymphā: an putauerit illā eē: ex nympharū numero. AN scierit uestā: eē hic erat in dubio: an illā cognouerit: an crediderit eē semideā. Semidei autē in terris sūi: dii in cœlo de q̄bus in met. sūt mihi semidei: sūt rustica numina nympharū: Fauniq̄ & satyri: & mōticolæ siluani: quos qm̄ cœli nōdū dignāur honore: quas dedimus terras illos habitare sinamus. SCisse sed ipse negat: Priapus negat se sciuisse uestā eē. SPē capit obscenā: cōcipit priapus spē turpē: nā turpe erat spere expugnare uirginis pudicitia. ET tētat accedere: ad illā. FVrtim: occulte: ne ab aliis uideret. ET fert gradus suspēso: passus dubios: aut q̄ erectus in digitos incedebat: ut de eodē in priō lib. uestigia furtim suspēso digitis fert taciturna gradu. COrde micāt: tremēt. FOrte senex sylleus: bacchi nutricius. LIquerat asellum quo uestus erat: asinum in quo insidens illuc se contulerat. AD ripas aque lenē sonantis: obstrepentis. LIquerat enim illū in ripa herbida depascentem.

ANT.  
AN.

CLONGi deus hellepōti: Priapus cuius p̄ria ē Lāpſacus ad hellepōtum sita cōtrarias inter se urbē hntē in Europa callipolim & Seston in asia lāpſacū & abydō.

INDicis exta: Asini q̄ dei hortorū detexit & indicauit insidias. VAcuæ molæ: Quæ uestalibus frumenta nō terūt. Dīscāt pistoris qd̄ uelit ara iouis: Ne qd̄ p̄tēreat ad Vēstā p̄tinēs curſus focos diximus supra seruari hoc tpe a pistoribus: docet cur Iuppiter pistor hūerit in mōte tarpeio: cuius cōstituedā hāc cām ferūt. Galli urbe capta cū solā potiendi Capitolii spē in fame obsessorū reponerēt Romanis ex arce Iouis munita panes iaculātibus ad fiduciae speciē spectaculo stupefacti ad omittēdā obsidiōis fœdera descēderūt existimātes Romāis multā frumenti copiā supeſse. Vñ postea repulſis gallis Ioui pistori ara in capitolio cōstituta est. Lege Liuiū q̄ scribit iactū esse panē in hostiū stationes quīs aræ nō meminerit. Ea noſe q̄ p̄cio celebratior dī: q̄ magnū est qd̄ aræ nomē: ipsa uero nō magna & nō multo impēdio cōstituta. Cīncta p̄mebant truibus capitolia gallis: Nota ē hystoria. Lege Liuiū primæ decadis lib. v. Incipe ait Mars: Quia hic

Ara iouis  
pistoris

PAV.  
MAR.

deus pater est Romuli angebaturq̄ urbis excidio & eū Iuppiter nouerat sollicitū esse periculis obsessorum. CŌEus lōgi helleponti: priapus numē lāpſacenorū: q̄ sūt in hellepōto. Ibat ut inciperet: ut negociū aggredere tur. CVM ille: asellus sylleus. RVDit: rudere. n. asinorū ē. SŌno intēpestiuo: non in tpe adito. DEa uestā: Territa uoce graui: exterrita asini clamore. SVrgit: ex humo herbida. OMnis turba cōuolat: illuc ad uestā: & in priapū iruebāt. Ille effugit p̄ infestas manus: eripuit se fuga ab illis: cū uellēt eū pro sceleratis ausis plectere. LAmplacus: priapi p̄ria in hellepōto. ET solita mactare: imolare. PRIapo hoc anial: asinū: sed triplici: ut in prima diximus rōne: tū q̄ lothida dormientē excitauit rudens. Tum ē qd̄ uestā excierit. DAMus flāmis: adortus Priapo sacrificantes. EXta intestina. ASini indicis: qui rudens illius insidias indicarit. APta cōueniētia flāmis: quia nō sit uisceratio de asino mactato. QUē: asinū. TV diua: uestā. MEMor: meriti illius: qui te excitauit. ORnas monilibus de pane: redimis collū illius panibus pro monili pēdentibus. CESSat opus: hoc ē in festis tuis hēt ille uacationē ab opere. MOle uacuæ: quæ fruges nō terunt. CŌticuere: quia eo die & ipse hnt uacationē. NOMine quā p̄tio: quia oīa mysteria uestāe relaturus est: & in his pistorū: n. unus inseruit: agit de ara Iouis pistoris. & q̄ rōne fuerit dedicata: poeta cām ad numina refert. Cōsultantibus. n. diis de Romanorū salute: cum a gallis senonibus in arce obsiderent: & urgente iam fame cogerent in deditiōne uenire. ID Ioui uisum est: inspirare mentibus romanorū: terræ quicq̄ frugis hēnt: & decoctū panē in hostes iacere: quo facto excidit spes a gallis Romāos fame uinci posse. Postea galli fusi a Camillo fuere ob id muneris ara Ioui pistori in capitolio cōstituta est. ARæ Liui. nō meminit: sed de fame: & iacto pane ita inquit. Induciæ deinde cum Romanis factæ: & colloquia p̄missu imperatorū habita: in quibus cū identidē galli famē obicerent: eaq̄ necessitate ad deditiōne uocarent. dicif̄ auertendæ eius suspitionis causa: multis locis panis de capitolio iactus esse in hostium stationes. Dīscant posterī. f. Quis uelit ara Iouis pistoris q̄si qua rōne constituta fuerit ara Ioui cum pistoris cognomine: aliqui legunt. Dicam quid uelit ara: & nihil refert quouis modo dicas. ARce tonātis: in arce capitolina. CElebratior nomine q̄ p̄tio: quæ quidem ara clarior est nomine: quam sit ipsa res: quia cum uulgatissima sit: non tamen est magnæ existimationis. CAPitolia cīncta: obſeſta. GALLIS truibus a crudelibus senonibus gallis. PR/EMEBantur: urgebantur iam ad deditiōnem. IAM DIV Turna longa ob-

Ibat ut inciperet longi deus helleponti:

Intempestiuo cum rudit ille sono:

Territa uoce graui surgit dea, conuolat oīs

Turba, per infestas effugit ille manus:

Lāpſacus hūc soli solita est mactare priapo

Apta asini flammis indicis exta damus:

Quatu diua memor de pane monilib⁹ ornas

Cessat opus: uacuæ conticuere molæ:

Nomine q̄ pretio celebratior ante tonantis:

Dīscant pistoris quid uelit ara iouis:

Cīncta premebātur truibus capitolia gallis

Fæcerat obsidiō iam diuturna famem:

Iuppiter ad solium superis regale uocatis

Incipe ait marti, protinus ille refert:

fidio fecerat famē: redegerat eos ad eā penuriam: ut fame p̄merent. Galli. n. senones dulcedine vini in italiam allecī plura loca occuparūt: & oppida cōstituerunt. Deinde cū clusū obsiderēt: & legati a senatu missi: ad cōponēdā inter eos: & clusinas pacē: pugnātes cōtra gallos in acie clusinoꝝ stetit. Hoc facto eozꝝ cōcitatī senones: urbē iſesto exercitu petierūt: fusisqꝫ ad aliā flumē romanis: cepe urbem p̄ter capitolium. in qđ se iuvenes contulerāt: maiores natu cū insignibus honozꝝ: quos q̄sqꝫ gesserat: in uestibulis ædium sedentes occiderūt. Et cum auerſam p̄tem capitolii: iam in sūmum euasissent: pditi clangore anſez. M. Manlii præcipue opa deieci sunt. Coactis deide pp̄ famē romanis despōdere: ut mille pondo auri darēt. Furius Camillus dactatos absens creatus: interpedendū augz: cū exercitu uenit: & gallos post sextū mēsem urbe expulit: ceciditqꝫ. hoc ex historia habef. **IV** pp̄ter uocatis sup̄is: ad regale solium: cū uocasset ad cōciliū deos: & ante eius solium oēs constitissent. **ALT** marti incipe: quali aggrediare cām. **ILLE**: mars. **PRO**tinus refert: continuo respondet.

Scilicet ignotum est quæ sit fortuna malozꝝ  
Et dolor hic animi uoce querentis eget:  
Si tñ ut referam breuiter mala iuncta pudori  
Exigis alpino roma sub hoste iacet.  
Hæc est cui fuerat promissa potētia rerum  
Iuppiter hanc terris impositurus eras:  
Iamqꝫ suburbanos / hetruscasqꝫ cōtudit arma  
Spes erat incurſu / nunc lare pulsa suo est  
Vidimus ornatos ærata per atria picta.  
Veste triumphales occubuisse senes.  
Vidimus iliacæ transferri pignora uestæ:

trāsferri pignora uestæ: Cum iuuetus Romana se in Capitolium contulisset uirgines Vestæ cum sacris ex urbe fugerūt quas Albinus qđ e plæbe in plaustrū recepit uxore liberisqꝫ depositis. Cerites in extinctū ignē & eas uirgines benigne susceperūt: atqꝫ (ut autor ē Strabo) Gallos Roma redeūtes in Sabinis aggressi de bellarunt p̄tereruntqꝫ oēs q̄ a se capta urbe cōfugerant. **Vñ. A.** Gel. scribit nō sine nota ingratitudinis Romanozꝝ p̄mas municipes sine suffragii iure Cerites factos: cōcessumqꝫ his ut ciuitatis Ro. honorē qđ em caperēt sed ne gociis tñ atqꝫ oneribus uacaret. Quam ob cām tabulæ Cerites appellatæ sunt in q̄s Censores referri iubebāt quos notæ cā suffragiis priuabant. Sane Cere oppidum Thusciz a quo & Cerites & Ceretani dicti olim agyl la nuncupabat ut meminit Strabo. Ab eodē & Cerimoniz nomen acceperunt ut existimare nōnullos Festus refert. quibus alii a Carendo nominatas putent. Quare denariæ ceremoniz ac tricenariæ dicebant q̄bus facta adituris decē cōtinuis diebus uel triginta q̄busdam rebus carendū erat ut idem Festus docet.

**SCILICET** ignotū quæ sit: incipit mars cū ironia dicere cōtra iouem q̄ eum loqui iusserat: q̄si ignota esset calamitas romanozꝝ: sed diruta est urbs a galis: cæsi seniores. Saltem liceret illis pugnare: ut caderent si uincere non possent. **SCILICET** ignotū quasi id me loqꝫ iubes: q̄a ignotum ē. imo oibus notū. **QVæ** sit fortuna malozꝝ q̄si qua foelicitate extollant mali hoies aut in contrariū uertas: q̄ status sit tāta calamitatis: & tot malozꝝ: q̄ nunc romani patiunt. **ET** hic dolor animi æget uoce querētis: q̄si non nota est calamitas: & dolor noster: ut q̄rula uoce nūc primū opus sit ad indicādū dolorem q̄ tantus ē: ut oibus sit notus. **TAMē** si exigis: si petis. **Ut** referā breuiter: paucis uerbis. Mala dāna nostra. Iuncta pudori: cū dedecore & ignominia nostra. **ROMA** iacet sub hoste alpino: Roma quā uos in sedē uestrā elegistis: diruta ē a barbaris & solo equata **Hæc** est: illa s. roma.

**CVI** fuerat p̄missa potentia regz: cui a fatiis p̄missum erat orbis imperiū: & ē locus cōmiserationis ab eo q̄ esse debuit: & nō est: imo ad miserā ultimam redacta: ut est illud uirgilianū: sic nos iſceptra reponis: & totus locus **HANC** urbē. **ERAT** iuppiter impositurus terris: hāc constitueras terrazꝝ dominā. **IAMQꝫ** cōtudit suburbanos: iā roma bello uicerat sabinos. Ceninēses: antēnates: fidenates latinos oēs: & uolscos. **ET** arma hetrusca: phaliscos & ueios. **SPES** iperū pp̄agandi. **ERAT** in cursu in p̄speritate regz bene gesserz: & bene gerēdaz. **NUNC** est pulsa lare suo: q̄a pulsi ciues: nam alii ad alia loca se cōtulerunt: & iuuentus non in suis laribus: sed in arte obsessa tenet. **VIDIMUS** occubuisse senes triūphales: trucidatos a gallis eos senes: qui olim de hostibus triūphauerant: oibus honoribus in repub. functos. **ORNATOS** ueste picta: ipsa prætexta: de q̄ in.iii. plura diximus. **PER** atria ærata: q̄si in uestibulis ædium añ æratas ianuas. & **LIUIUS** in uestibulo domozꝝ conſediſſe eos inquit. Sed de hoc **PLUT.** ita inqt. Relictis cæteris urbis partibus. Romani capitolium magna uim agnozꝝ præſidio telozꝝ munierunt. Primū ex sacris quædā in capitolium sustulere. uirgines uero uestales: raptō ex laribus igne cū sacris fugierunt. & paulo post uirgines maiora ac digniora ex sacris sumentes: ultra flouū fugierūt: **Tunc** L. Albinus uir popularis. cum ēt ipse fugeret infantes filios ac uxorem & necessaria urēſilia scēcū habēs in curru uehebat. postq̄ uidit uirgines in sinu deozꝝ sacra ferētes solasqꝫ ac labore uiaz fatigatas confestū uxorem ac filios aliaqꝫ sup̄lectilia in terra exponit & illas curz: ingredi atqꝫ in aliquā urbem fugere iubet **In dignū** fuit albi nō obscuram pietatē atqꝫ honorē erga deos in grauissimis t̄pibus memoria p̄terire. **ALIOZꝝ**

ANT.  
FAN.roma a  
gallis ca  
pta.PAV.  
MAR.

sacerdotes deorumque seniores: qui consolatū & triumpho potiti fuerant nō tulerunt urbem relicta cum fa-  
 cras: splendidasque uestes sumpsissent p̄sident Fabio Pontifice maximo: pacē deorum exposcētes: seque ipsos p̄ patria  
 fortunæ deuotētes: in eburneis sellis in foro ornatū cōfederūt: Et paulo post cū Brēnus seruato capitolio Ro-  
 mā occupasset: uidissetque inter trāseundū p̄ foros quosdam uiros insigni habitu & federe & tacere magna admi-  
 ratione captus ē q̄ tanq̄ nullo reip̄. uulnere sauciant neque facie neque colore mutati sunt. Sed cū essent aīo itre-  
 pido: flexi in scabellis: que secū cōtulerant: sese inuicē intuētes: silentiū agebāt. q̄re hac rege nouitate admiratio gal-  
 los habuit: & tanq̄ de fortioribus dubitarēt diu accessu: tactuque abstinere. Postq̄ autē qdam fidēs animi iuxta pa-  
 pyriū marium stetit: manūque māsuere oñdens: p̄missa barbā demulsit. Papyrius Scipionem in capite ferien-  
 do contriuit. Barbarus stricto gladio illum necauit: Deinde ceteros facto impetu morti tradiderunt. &c. De  
 his ergo intelligit poeta: & de uestalium sacrorum trāssationem. **VIDI**mus transferri: transportari in aliena  
 loca: & sede sua. Pignora: sacra ipsa. **VE**stae iliacae: troianae: ut alias diximus.

**ANT.**  
**FAN.**  
 cerites ce  
 re agylla  
 cerimoniae

**ULLIUS**

**CPVTANT** aliquos. esse deos. Hic putant inq̄ i-  
 fra subiūgit sciret: & ē sēsus: Deos eē nō existimāt sed  
 si respicerent deorum tēpla q̄ in capitolio sunt obsideri  
 sciret nullā opē a diis spari oportere cū sacris aedibus  
 nō sint p̄sidio. **TH**ura perire rē diuinā & sacra i  
 ritū cadere. **IGN**auaq̄ fata timētes: Mortē ignauam  
 q̄ pereūt quos fames cōficit cū in armis mori glorio-  
 sum uideat: ut pulchrūq̄ mori succurrit in armis. **L**  
 tuo pulcher trabeaq̄ quirinus: Romulus uaticinii pe-  
 ritus lituum manu gerere cōsuevit: hoc est baculū sine  
 nodo aduncū ut **LI**uius scribit: quo idē **R**ex urbē cōdi-  
 turus regionē descripsit. **C**icero de diuinatione: Quid  
 lituus iste qd̄ est clarissimū auguratus isigne un̄ nobis  
 traditus est? **C**erte **R**omulus regionē cū eo descripsit  
 cū urbem cōdidit. **E**am ob cām lituus a **V**irgilio qui-  
 rinalis uocat: ut ipse q̄tinali lituo paruāq̄ sedebat suc-  
 cinctus trabea. **P**lutar. autor est lituū **R**omuli quo tpe  
 urbs a **G**allis capta ē amissum eē cū in palatio seruare  
 tur: posteaq̄ itegrū & ille sum eiectis barbaris i alto ci-  
 nere iuētū cū ignis cetera cōsumpsisset. **E**st & **L**ituus  
 buccinae genus incuruā. **V**ir. Et lituo pugnas isignis  
 obibat & hasta. **E**nnius: **I**nde loci lituus sonitus effun-  
 dit acutos. **E**a buccina ut **F**esto placet sic dicta eē qd̄ li-  
 tis sit testis aqua & canēdo liticen dicit ut a tuba & ca-  
 no tubicen. **L**ege **F**estum & **V**arronē. **A**b eius simili-  
 tudine qd̄ existimarunt ut **A**ulus **G**elius & **M**acro.

tradūt uirgā auguralē incuruā qua parte robustior est a maioribus nr̄is lituum appellatā q̄ ut **S**eruius docet so-  
 lebāt ab auguribus caeli spatia designari cū manu nō liceret. **S**unt q̄ lituū buccinae genui nō a lite sed a sonitu  
 dictum putēt ex illo uersu **H**omerico ligx bios id ē ilonuit neruus. **P**ublica cura: **N**ō **M**artis tm̄ & **U**eneris  
**Q**uirini ac **V**estae sed deorum oium. **G**allia uicta: **A** Camillo. **S**olidae cereris: **F**umēti nōdū i farinā redacti.

**CPVTANT**. esse aliquos deos: galli ipsi certe deos esse credunt: quasi di: non credunt: nā si crederēt: eos ti-  
 merēt. **A**t si respicerent: galli. **I**n qua arce uos habitatis: q̄si id sciret uos habere tēpla in arce capitolina. **E**t  
 tot uestras domos: tot sacras uestras aedes. **P**raemi obsidione: obsideri ab ipsis. **S**ciunt nil opis nullum au-  
 xilium. **S**u peresse in curas deorum: quasi nosset deos non curare mortalia. **E**t perire thura data: aris obla-  
 ta: & cremata. **M**anu sollicita: timida & anxia hoīum manu: hoc inquit. **N**osset irrita esse omnia sacrificia

**A**tq̄ utinam pateat locus pugnae: utinā egredi possent romani ex arce & cōserere cum hoste manus. **C**A-  
 pessant: capiāt arma. **E**t si non poterunt exupare: hostē uincere. **C**adant accūbant: q̄si mallem: ut in praelio  
 occūberēt: qui fame perirent: aut intelligas tacite p̄nunciare uictoriā **C**amilli: cum primum pugnare licebit.

**B**ARbara tur. barbari & feroces galli. **P**raemit obsidione claudit: **I**nopes uictos: ad extremam aegritatem  
 redactos: ita ut fame sint perituri. **C**lausos monte suo: obsessos in mōte tarpeio. **E**t timētes tur. facta. quae  
 ab hostibus ipsi fieri solent. direptionē bonorum: incendia aedium. sacrae uiolationē uirginum supra matro-  
 nage seruitutem cetera crudelissime facta. **T**VNC uenus multa qdem locuta est pro romanis. **E**t qui-  
 nus **R**o. quē diximus in. ii. in deos relatū. **P**ulcher cōspicis. **T**rahea & li. de his et egimus multa. & ipse locu-  
 tus est. **E**t uesta est multa **I**o. p̄ suo la. hi tres dii post martē multa in cōsilio deorum pro romanorum cā dixerūt.

**I**Vppiter respōdit publica est cura p̄ mōenibus istis quasi ad nos oēs spectat res romana. & cura urbis cōis  
 debet oibus esse. **E**t gallia uicta q̄ a romanis uincēt. **D**abit poenas nā mox a **C**amillo oēs trucidabuntur.

**T**V mō uesta effice. fac. **V**T fruges q̄ desunt quae summa est egestas **P**Vtenf superesse illud efficias ut  
 cum sit sūma frugum inopia psuadeat hosti eas in maxima copia esse. **N**EC tu uesta desere sedes tuas nō de-  
 seras urbē romā ubi oēs te maxima ueneratione psequunt. **F**Rangat caua machina cōterat mola. **Q**Vod  
 cūq̄ est solidae ceteris fruges ipsas nōdum in farinam contritas. **E**T focus duret in igne torreat. **M**olitam  
 aquis manu **C**ererem ipsam quasi fiat panis & in foco decoquatur. **I**Vsserat iuppiter.

**PAV.**  
**MAR.**



**CVIRGO** saturnia: Vesta Saturni filia. neq; enim iunonem accipere possumus. **IAM** ducibus sōnum dederat labor: Sopiti erāt duces iuuetutis Romanæ quæ erat in capitolio. **QV**am minime tradere vultis opem: Panem quo Manlius cæteriq; obfessi maxime indigebant. **NO**uis ambagibus acti: Coacti obscuritate uerborum iouis uaria cogitare: ac diuersa sentire. **PO**sse fame uinci spes excidit: Iacto pane galli ulterius non sperauerunt Romanos fame posse superari. **VND**e postea repulsis gallis a Camillo Romam ioui pistori aram in capitolio posuerunt. **FO**rte reuertebat festi uestalibus: **A**perit cam qua factum est ut matronæ nudis pedibus

ANT.  
FAN.

Iusserat & fratris uirgo saturnia iussis  
Annuit: et mediæ tempora noctis erant:  
Iam ducibus somnū dederat labor: increpat illos  
Iuppiter: et sacro quid uelit ore docet:  
Surgite: et in medios de summis arcibus hostes  
Mittite quam minime tradere uultis opem:  
Somnus abit, quæritque nouis ambagibus acti  
Tradere quam nolint et iubeantur opem:  
Esse ceres uisa est iaciunt cerealia dona  
Iacta super galeas scutaque longa sonant:  
Posse fame uinci spes excidit: hoste repulso  
Candida pistori ponitur ara ioui:  
Forte reuertebat festis uestalibus illac  
Qua uia romano nunc noua iuncta foro est:  
Huc pede matronam nudo descendere uidi.  
Obstupui tacitus sustinuique gradum:  
Sensit anus uicina loco iussumque sedere  
Alloquitur, quatiens uoce tremente caput:  
Hoc ubi nunc fora sunt uix tenuere paludes  
Amne redundanti fossa madebat aqua:

uētutis dormiebant: cū essent labore fessi Iuppiter increpat illos pro quitem: obiurgat quæ ita dormirent. **ET** docet ore sacro quod uelit quasi admonet quod sint eius impio facturi. **SUR**gite: inquit. **ET** mittite in medios hostes deiicite in media gallogæ castra aut in mediam hostium turbam. **DE** summis arcibus de summitate arcis capitolia. **OP**em quam minime uultis tradere: quasi illud Cereris: quod uobis superest: & tradere cuique nolletis. **SOM**nus abit excitati sunt e sono quites. **QV**ærunt ingrunt inter se duces. **ACT**i nouis ambagibus: noua & dubia uerborum circuitio: aut obscuris iouis monitis. **QV**am opem: quod auxiliū. **NOL**int tradere: nollet alius dare. **ET** iubeant ab ioue in hostes mittere. **U**isa esse ceres: uisus esse panis qui mitti in hostes iubere. **IA**ciunt dona cerealium: mittunt in panem in hostes. **I**acta: piecta ipsa dona cereris. **S**onant super galeas: & longa scuta: nam superne iacientes pulsabant pane gallogæ arma. **E**Xcidit spes: a gallis. **P**osse uinci fame sic despaure posse deditioem redigere. **H**oste repulso: repulsis & cæsis a Camillo gallis: ut gallis: ut paulo superius docuimus. **C**andida hoc est marmorea ara. **P**onit: constituit. **I**oui pistori cui in uestalibus quoque sacrificat: ea est in capitolio. **F**orte reuertebat. seruabat mos uetus a matronis ad uestæ templi eubus: ut nudis iret pedibus. **C**am poeta refert: quæ a matrona quædam accepisse fateat. **C**ū olim ea parte lacune fuissent sicco pede adiri non poterat. **I**bat igitur nudis. **P**ostea siccatae sunt lacunæ non erat opus exuere pedes: in memoriā tamen uetustatis nudis pedibus ibat matrona. **F**orte ego reuerte. festis uesta. die uestalioꝝ. **I**llac illa parte. **Q**ua uia noua: per quam a uelabro ad Romam ascendebat: ut Varro dicit: & Plutarchus in Camillo eius uia meminit. **I**ngrebat foro: & uia sacra tēdebat per palatium: ubi & nunc ædes est sub appellatione diuæ Mariæ in uia noua: quæ uulgus corrupte diuā mariam nouā uocat. cū in uia noua sit. **ET** iuncta romano foro: quod inter capitolium & palatium est: nec non per uiam nouā: erat edicula Vertūni: de quo paulo post. **E**GO uidi matronā descendere huc in foro: & uiam nouā: ut iniret templū uestæ. **P**EDE nudo. pedibus nudis. **O**bstupui taci. cū illam ita incedentem respicerem. **ET** sustinui gratia. substiti ut uiderem: & cam cognoscerem. **A**Nus ipsa matrona. **U**icina lo. ubi ego substiterā. **S**ensit me. hærentem: & cupidum cognoscere cam. **ET** allo. illa me iussim quem ipsa iusserat sedere. **Q**uatiens ca. per senilem ætatem. **U**Oce ter. cū uetulis. & artius tremant: & uox ipsa **H**oc ubi cam nudos pedum nunc docet matrona. **P**aludes uix aquosæ. **T**enuere occupauere. **H**OC solum. **V**BI nunc sunt fo. romanum & boarium. **F**ossa quasi cauis hic olim locus. **M**adebat erat aquosus. **A**Q uis red. am. inundatione tybris effusus aquis: quoniam tybris tunc propior. erat illis locis. **S**ic in utroque foro paludes erant: antequam transuersus esset amnis: & factæ essent cloacæ.

uia noua

paulus ad  
forum ro.PAV.  
MAR.

**ANT.** **CCVRTIVS** ille lacus. De curtio lacu quē qdam Curtilacū appellant antore Festo a Curtio q̄ (ut idem in-  
**FAN.** q̄) in eo loco in pfundū se ob solutē populi Ro. p̄icit hiagz triceps historia est ut inq; Varro. Alii enim uo-  
 Curtius lacus seu  
 curtillacus  
 curtii hi-  
 floria

are sicce  
 uelabra  
 uelaturā  
 facere

PAV.  
 MAR.

lunt cū uasto hiatu terra subsideret atq; ab aruspiciibus r̄sum esset ea re illum t̄modo cōpleri posse q̄ popu-  
 lus Ro. plurimū ualeret siue ut Proclius scripsit deū manium stulionē postulare. i. uigz fortissimū eodē mitti  
 Curtiū uigz fortem armatū in equū ascēdisse & se in patētē uoraginē p̄cipitē dedisse quā nōnulli fuisse in foro  
 boario tradiderūt: Valerius autē max. in romano. Quo factō coisse locū inqunt, & eius corpore diuinitus hu-  
 mato relictu a Curtio gēti suæ monumētū. Statius ī  
 filiis: Ipse loci custos cuius sacra uorago famosiq; la-  
 cus nomē memorabile seruāt. Alii ut scripsit Pīso ī an-  
 nalibus & plutarchus tradit in romulo dicūt Sabīno  
 bello cū romulus ex supiorē pte ipressiōnē fecisset Cur-  
 tiū uigz iter Sabīnos clagz & uigore ai p̄stātē ī locum  
 palustrē q̄ tū fuit in foro (q̄ cloacæ nondum factæ  
 fuerant) secessisse atq; inde constū equo exire cū aspe-  
 xisset id factū īpossibile dimisso equo ipm euasisse seq; ad suos incolumē recepisse & ab eo lacū nomē iuenisse  
 q̄ tū Līuio nō placet dicenti lacū Curtiū nō ab antiquo. T. Tatīi milite Curtio Metio sed ab alio appellatū q̄  
 se armatū in patētes terræ hiatus imisit. Alii autē tradiderūt Cornelius uidelicet & Lucstātius cū locū fuisse ful-  
 guritū siue tactū fulmiē & ex Senatus cōsulto septū esse: & qm̄ id a Curtio cōsule factū ē cui. M. Genutius col-  
 lega fuit Curtiū appellatum. Diony. uult Curtiū Sabīnū lacui nomē dedisse: cui fidē nō adhibemus: qm̄ Līui-  
 us ut dictū ē aliter sentit. Suetonius autor ē populū Ro. a quo Augustus cæsar maiorē in modū diligebat quo  
 rānis ex uoto p̄ eius salute stipē iccisse in Curtiū lacū. Siccas q̄ sustinet aras: Hæ aræ quoz deoz fuerit nul-  
 q̄ uti arbitramur iuenies. Suspīcamur at̄ ex eo qd̄ scribit Suetōius aras fuisse Genii Augusti & Lariū. **QVA**  
**uelabra** solēt ī circū ducere pōpas De pōpa q̄ ferebat in Circū ac p̄ circū dixiū supra. Velabra autē nūero plu-  
 riū dicit: q̄a fuit Romæ maius uelabrū & minus & a uehēdo utrūq; nomē accepit: q̄a cū Auētīnus olim a reli-  
 gis mōtibz paludibus discluderet necesse erat eo nauibus aduehi: un uelabz noīatū est: & uelaturā facere dice-  
 ban̄ q̄ id mercede faciētes uecturis uiuebāt. Varro: Palus fuit ī minori uelabro. Vñ qd̄ ibi uehebant lintribus  
 uelabrū ut illud maius. Proptius: Qua uelabra suo stagnabāt flumine quaq; Nauta p̄ urbanas nelificabat aq;.  
 Tibullus. At q̄ uelabri regio patet ire solebat Exiguus pulla p̄ uada linter aq;. Plutar. ī romulo: Ei loco nūc ue-  
 labro nomē est q̄ incrementō flumie supfuso nauiculis p̄ eam partē in fogz traiciūt. Porphyrio scribit (ut dixi-  
 mus supra) tyberim quē Agrippa deriuauit q̄ nunc labi p̄ uelabrum antea fluxisse quæ fuit urbis regio nō in-  
 celebris teste Macrobio ubi unguētarii cōsistebant ut ait Porphyrio: ibi & olearii. Plautus in captiuis: oēs cū  
 pacto rem agunt quasi in uelabro olearii: ibi ēt epulæ ganeatæ parabantur. Vnde cūmendabat̄ caseus fumo  
 uelabrenum. Martialis. Non quemcūq; focum nec fumum caseus omnem sed uelabrēsem qui bibit ille sapit.  
 Per eandem regionem & pōpæ in Circum maximum ducebant: & iulius cæsar Gallici triumphī die curru ue-  
 ctus est ut Suetonius meminit. Quidam tñ affirmant teste Plutarcho uiam quæ ad Hippodromum ducebat  
 uelis operiri solitam ab his qui ludos exhibebant: unde potuit uelabro uocabulum dari.

**ILLE** lacus curtius: q̄ olim: & nūc quoq; ita uocat. **QVI** sustinet aras siccas: q̄a sine aq; & arā Vortūni  
 fuisse uolūt. **NVNC** ē tellus solida: firma & sine aq;. **SED** añ fuit lacus: nā erat palus. Sed de lacu curtio aga-  
 mus: Diony. & Plutar. dicūt lacū curtīū appellatū a Curtio sabīno: q̄ in ea pugna Romuli & Sabīnoz: cū illu-  
 uis aquaz occupasset loca illa: in qbus postea extructū ē fogz romanū cū equū p̄teritis ī romanos agitasset  
 usq; ad hūc locū puenit: & cū diu detinere: dimisso intra illuuiē equo ægre pedes euasit. q̄ locus huc usq; ab eo  
 lacus curtius appellatus. Varro autē ī foro inq; lacū curtīū a Curtio dictum cōstat. de eo triceps historia. Nam  
 & p̄clius non pdidit idem qd̄ Pīso. Nec cornelius stilo secutus a Proclio del: tū est eo loco dehisse terram: &  
 ex senatus cōsulto ad haruspices relatū esse r̄sum deū Manium Stulionē postulare. i. ciuē fortissimū eodem  
 mitti: Tum quēdā Curtiū uigz fortē armatū ascēdisse equū & a Cōcordia uersum: cū equo eū p̄cipitatū: eo  
 factō locū coisse: Atq; eius corpus diuinitus humasse reliquisse gēti sue monumētū. Pīso in annalibus scribit:  
 Sabīno bello qd̄ fuit Romulo & Tatīo. Vigz fortissimū Metiū Curtiū sabīnū: cū Romo. ex supiore pte ipres-  
 sio nō fecisset: in locū palustrē q̄ tūc fuit in foro anteq; cloacæ sunt factæ: secessisse: atq; ad suos in capitolū se re-  
 cepisse: ab eo lacū iuenisse nomē. Cornelius & Lucstātius scribunt eū locū esse fulguratū: & ex senatus cōsulto  
 septū esse. Idq; factū est a Curtio cōsule: cui Marcus Genutius fuit collega: Curtiū appellatum. **QVA** uela-  
 solēt ducere pōpas uictricū: qua solet duci pōpa triūphalis armoz uictritiū. Triumphantēs. n. cū pōpa p̄ uela-  
 brum trāsibāt. Vñ de cæsare legimus apud Tranq;. **Q**uod gallici triūphi die uelabrū p̄teruehēs pene curru  
 excussus ē axe distracto. ascēditq; Capitolū ad lumia. ix. elephātis dextra & sinistra iycnos gestātibus: & ex ue-  
 labro: ut oñdere uidet̄ Var. ratibus in auētīnum aduehebant̄ ex urbe & quadrantē soluebāt: Cum mons ille  
 paludibus erat ab reliq; disclusus. Inde uelabrū a uehēdo dictū: uelaturā facere ēt nunc dicunt: q̄ id mercede fa-  
 ciunt. De eodē loco Plutar. in romulo: cū meminit laurētīæ nutricis. & illus ēt eiusdem nois uirginis: quæ her-  
 culi oblata est de qbus diximus in. iii. & secundā hanc dicit postea Theophilā: nominatam postea. **E**O inq; po-  
 tissimum in loco euauisse: ubi alterius Laurētīæ supioris corpus iacebat: quē ideo adhuc posteri bilauz uo-  
 cant. Velaturam ēt appellant: q̄a cum sepius inundat ripas tyberis. Romani inde in fogz a portitoribus conue-  
 hunt. Alii tamen sic dictam ferūt: q̄ ciuitatis principes: cum inde spectaculum prodirent. **QVA** uia ad equoz  
 cursum ex foro ferebant̄ totam lineis uelis operire consueuerant: hæc ille. **QVA** erant igif uelabra. **NIL**  
 fuit p̄ter salices: quæ solo aquoso gaudent. **E**T canna crassa: canna palustris.

**SV**Barbanas: q̄ fuerūt olim suburbanæ auētino nōdū intra urbē recepto. **CAN**tat: Cum reuertit ebrī⁹ a conuiuio per aquas tyberis ubi excreuit flumen. **CONVENIENS** diuersis iste figuris: Vertumnus dicit quem alii deum tyberis esse uolunt qui uertit eius alueum. Propertius: Vertumnus uerso dicor ab amne deus. Alii deū eē dicūt qui humanas cogitationes uertit & mutat. Vñ hi nati dñr in quo uertūno quoq; cogitatione uertunt p̄ter rōnē. Hora. in sermonib⁹: Iā me chus in romæ iā mallet doctus athenis uiuere uertūnis quot quot sunt natus iniquis: Asconius & Porphyrio deū eē tradūt uertēdag; rez; hoc ē emēdag; ac uedēdag;. Sed magis placet qđ Donat⁹ scribit Dii bñ uertāt dici solere qđ sæpe res eueniāt aliter q̄ uelin⁹. ideoq; uertūnū coli q̄ præest reb⁹ uertēdis in utrāq; p̄tē. Lege Propertii q̄ hūc deū ingt decēter in quacūq; figurā uoluerit trāformari. Vñ illud ē Tibulli: Talis i æterno scælix uertūnus olympo Mille hēt ornatus mille decēter habēt. Sed quod ad hūc locum attinet natū eū ingt in Thuscia: ut Thuscus ego a thuscis orior. & deinde subiūgit: Romanū satis ē posse uidere fog;. Hac quōdam tyberinus iter faciebat & aiunt remorum auditos per uada pulsa sonos. Huius seriaz Octobri mense fuerūt & Vortunalia dicebātur teste Varrone qui eē scribit eē uertūnū in uico thusco q̄ is sit de⁹ betruriaz. Quā ait Propertius: At tu Roma meis tribuisti præmia thuscis. Vñ hodie uicus noīa thuscus habet. Sunt enim q̄ uolūt uertūnū fuisse Thuscog; uetustissimum regē q̄ uineag; & pomiferag; arbor; serēdag; tradidit rōnē: cui Thuscī Romæ tēplū ædificarūt; q̄ cū Lucumone in auxiliū Romuli uenisse dñr. **NOMEN** ab

**ANT.**  
**FAN.**

**Sæpe** suburbanas rediēs conuiuia p̄undas  
**Cantat;** & ad nautas ebrīa uerba iacit;  
**Nondum** conueniens diuersis iste figuris  
**Nomen** ab auerso ceperat amne deus;  
**Hic** quoq; lucus erat iūcis, & arundine dēsus  
**Et** pede uelato non adeunda palus;  
**Stagna** recesserūt, & aquas sua rīpa coerces  
**Siccaq;** nūc tellus, mos, tamen ille manet;  
**Reddiderat** cām, ualeas anus optima dixi  
**Quod** superest æui molle sit omne tui;  
Non est nobis molestum ut te uideo suspicari quod scribis Marsum Piscinatem poetam clarissimum: ac nobis familiaritate coniunctum præuerrere nos impressione operis sui. Nosti enim & contempsisse nos semper eos questus quos multi ab impressoribus aucupantur: cum immortalis dei munere satis superque diuitiis abundemus: & quod melius est animi magnitudine qui eas spernere consuevit: & edidisse commentarios nostros multo antequam is aggrederetur suos uti omne Vrbinum testari poni. cuius regia bibliotheca nostrum opus pene attritu & inueteratum ostendit: ubi ut alios omittam Lodouicus Odoaxi<sup>r</sup> Patavinus iuuenis utriusque lingue doctissimus & Laurentius Absternius Maceratensis uir litteratissimus ac Præfectus Bibliothecæ iam pridem apud inclytum imperatorem Federicum & Octavianum principem eminentissimum. omniumque liberalium artium cognitione præstantem lucubrationes nostras tantum in modum suis laudibus illustrarunt ut merito eam gloriam neglexerimus quam disseminare nobis poterant impressores. Quod autem mihi si gnificas placere Marso spicam cilissam nardum esse non crocum quod ipse suis manibus nardum in Cilicia legerit: quod Crocus spicam non habeat: quod ad odorem uri non consueuerit: non facit ut quæ scriptimus edidisse poeniteat. Esto ut Cilicia nardum ferat: quid illud ad rem? nascitur filigo in Piceno. nascitur far in Latio. dicetur ne hoc eam ob causam spica latina. illud spica Picena cum filigo & far alibi quoque proueniât. Si prima Nardi nobilitas est Ciliciæ: si eius prouentus ibi longæ uberrimus: si nardum sola fert Cilicia: si peti ad rem diuinam ea spica tantum ex ea prouincia consuevit: quorum nihil uere dici potest: cuius herbam dabimus faciebimurque nos errasse qui scripsimus spicam Cilissam Crocum esse quod prima nobilitas sit Cilicio croco ut autor est Plinius: qui etiam tradit Crocum mire congruere uino: quod non fugit Propertium dicentem: Vinaque fundantur prælis elisa falernis Terque lauet nostras spica cilissa comas. Sed cum nihil eximium sit Nar do ciliciæ nihil proprium unde per spicam Cilissam accipi debeat: non est cur debeamus ab eo quod iam pridem in nostris scriptis commentariis dissentire: Quod uero Crocus spicam non habeat nihil refert. Quis enim nesciat frequentissimum illum tropum esse longæque pulcherrimum teste Quintiliano non apud oratores modo & poetas qui plurima uertere ipsa metri necessitate coguntur: sed etiam apud indoctos quem nostri translationem Græci metaphoram uocant augentem ita sermonis copiam ut quæ non habet mutuari permittat. Vnde croci flos spica cilissa iure optimo dici potest: is enim antequam dehiscat ac se se pandat inuolutum continens fructum quandam spicæ imaginem gerit: quam si poetæ non dabitur spicam appellare iure Virgilium accusaueris. qui ait in primo Geor. Ferroque faces inspicit acuto. Et alibi: Classique immittit habenas & remigium alarum. Rectiusque existimabis non licuisse sententiæ reip. dicere Ciceroni. Quamquam & ostendimus ubi uolueris floris quoque spicam dici auctore Plinio. Quod autem Crocus ad odorem uri non consueuerit: nihil illi astipulatur: cum constet uri etiam in re diuina quæ minime redolent. Ouidius in primo fastorum: Ara mihi posita est paruo coniuncta sacello Hæc adolet flammis cum strue facta suis. Vri autem Crocum in sacris ut thus costum. herbam sabinam & similia quis non uiderit? ut Thura nec euphrates nec miserat india costum Nec fuerant rubri cognita sila croci: Ara dabat fumos herbis contenta sabinis. Ouidius alibi: Tinnulaque æra sonant redolent myrrhæque croci. Statius quoque in. xv. theb. uri crocum testat ut Nec non assyriis pinguescunt robora succis: pallentique croco. Eodem & crines tingi negare non possumus quod Lucanus non ignorauit: ut Et qui tingentes croceo: medicamine crimen fluxa coloratis astringunt carbasa gemmis. Odoriferum autem Crocum. esse neminem latet. Sed demus ut dum adolentur nullum odorem fundat: reiciemus ne ideo ad artis crocum? cum sulphur quod uinum dicitur in religionibus locum habeat teste Plinio & uitulorum cineres equinum sanguinem ac fabarum stipulas recipiant suffimenta: uranturque maris rores & in sacris Cereris tædæ accendantur cum thura haberi nequeunt: ut & si thura aberunt unctas accendite tædas? Constet igitur spicam cilissam crocum esse non nardum cum prima ut diximus nobilitas sit croco cilicio & ibi in montem Coryco. Vnde illud est Martia. Corycio quæ uenit aura croco. Alia multa quæ scribis probentur ne a nobis an improbentur ubi ad nos redieris explicabo. Vnum illud differre non placet quod ubi quidam legunt ut mihi significasti in. vi. fastorum Dodona thyene stabis agenorei fronte uidenda bouis: dodoni dione legendum est. Quatuor enim sunt in cælo Veneris stella: Vna errans & alterno meatu uaga. Alia in pectore Leonis quam stellam regiam uocant. Tertia in septentrione m. Quarta in Tauro: cuius meminerunt Seruius & Alphonsus quam naso post idus iunias uideri docet longe antequam Sol in ortum feratur. Quod si uel thyenem uel aliam hyadum orientem acceperis id ages ut ingeniosissimus poeta rudis uideatur ingenti fluxæque memoriæ: qui cum docuerit sexto nonas Maias hyades omnes in ortum ferri: ut Pars hyadum toto de grege nulla latet: & paulo post subiecerit: idibus ora prior stellantia tollere taurum indicat: addideritque futurâ pluuiam quarto nonas iunias exortum hyadum celsiore: ut Postera lux hyadas taurinæ cornua frontis Euocat: & multa terra madescit aqua: non dubitet sole iam e geminis abituro docere thyenem unam hyadum exoriri: quod nulla ratione procedit nisi forte dixerimus id quod res non habet thyenem ita longo intervallo distare a fororibus suis ut in ortum feratur cum extremis partibus geminorum. Lege igitur Dodoni dione uti & Ouidius scripsit & iam pridem e nostris commentariis didicisti: ne si Dodona thyene legeris in eo quoque deprauatum locum Nasonis ostendas quod a dodona dodoneus deducitur non dodonus. Dicimus enim dodoneos lebetas. dodonum æs. dodoneam quercum non dodonam Tu autem amice dilectissime & Cambitellæ familiæ decus tecum cogites uelim quid sibi eo loco uoluerit naso ubi ortum Veneris non cosmicum. non chronicum. non heliacum ponit. Nolui enim apire re scitu dignam ut lectori inuestigandum aliqd lingref. Vale & si Venetiis auelli potes tandem in patriâ redi. Fani idibus Iunius. M. cccclxxxii.



FINIS INTERPRETATIONIS FASTORVM. SEQVITVR EMENDATIO QVO  
RVNDAM LOCORVM ET ASTRORVM RATIO.

PAVLVS MARSVS PICINAS PO. CL. GEORGIO CORNELIO. M. EQ. V. F. Salutem.



**H**AEC ILLA SVNT. G. Cornelii. Quæ nos octo antea annis in Ouidianos fastos magna curæ ac diligentia scripseramus: & a principio tibi dicata. Visum est illi dimittere consilium ut in hoc usq; tempus pressa teneremus: ne editio præcipitata de decori potius quàm laudi esset. Nunc uero cum tandem ex urbe Venetias ad te uenire licuerit his lucubrationibus nostris: extremam modo manum imposuimus & cui tu ipse madaasti dedimus imprimendas. Non quod illius spe gloriae commoti: sed ut promissam tibi fidem seruemus: & expectationi multoq; ac militæ nostræ uoluntati more gereremus. Sed cum sperandum mihi esse ducerem: neminem fore illud opus: quod Romana esse supra probauit: uenetis daturum: Nescio quomodo Thesiphone factum sit: ut contineri non potuerit inuidia furor: & ante in spectum opus in officiosum hunc laborem meum coeperit allatrare: aut ut pudicam linguam ad maledicentiam puocaret aut ut huius operis nisi siquæ arte daret laudem detractaret. Sed in altero si rōdere uelis: Vteter si liceret Quintili carmine. Quæ fata nobis modo sustulere. sic. n. & aliis pro tua mea laude respondit Martum liuidulus sacre poetæ: carpit: uiuere dum cupit deserto. Marti carmine: ualde se pererat. Non scuit scabie subperbus unguis. Nec muscæ uolucres iouis sequuntur. Altera uero tuebis se ipsam: & ueræ humanitatis: ac æquitatis studiosi: illam ab omni liuoris morsu uindicabunt. Aliquod tamen erat. quod in his commentariis. Multi quod dandum esse censebant: sed ea non uiderat: quæ nos ipsi uidimus: Diximus. n. in primo lib. eo in loco Et sonet accensus spica cilissa focus de nardo intelligendum. Danabant illud multi: ea ratione quod cilissi Nardi Pli non meminerit: quasi alibi inueniri non possit: quod a Pli. non referatur: sed legant tamen Dialco. quæ eruditissimus Iuuenis: & omni lingue laude cumulatissimus Hermolaus barbarus modo latinum fecit: Inuenient certe & in Cilicia nasci Nardum. Plura. n. Nardi genera ab illo commemorantur: & hæc illa sunt. Vitar. n. Hermolai uerbis Nardi genera duo: Altero indici: Alterum syriaci: non quod hoc in Syria nascatur: sed quod motus eius: in quo legitur: ps una in Syria: unam in Indiam spectet Syriacum melius: quo recentius: atque leuius est gummosum: colore rufum odore uehementer iocunde. Cyperumque imitate: breuius spica: sapore amaro: Maximeque siccante os: custodit suauem olentia pertinaciter. item Indici Alterum genus Gandæis nomine a fluuio India: qui montem in quo nascitur præluit: uiribus laquidum utque solo uicino proueniat: eoq; in maiorem altitudinem adulescat. pluribus: ab eadem radice fructificationibus implicatis. & dolentibus uirus. Odoratius uero quod locis calidioribus gignit spica breui: cyperum olente: in totumque eius dotibus: quibus syriacum. Habet & Saphariticum Nardum frutice admodum pumilo a loco ubi carpsit dictum spicis ingentibus candidum. Caule quoque e medio prosilit aliquando hircum spirante: danas in totum. Nardus gallica in Iuguræ alpebus nascitur. Aliqua uernaculo indigenis nomine: Nascitur & in istria frutex pusillus: cum radice uellit & in fasciculos manuales digeritur: folia ei longiuscula: leuiter flauescunt: flos luteus: usus eius in caule: & radicibus quoniam odorata hæc modo habent. Nardus motana: quam aliqui Thilacitim: alii niri appellant in Syria: Ciliciaque nascentem: Caule atque foliis Erignio similem: minoribus tamen: neque scabris spinosisque: radice nigra: odorata duplici: triplici: atque omni multiplici ad morem hastulæ regie: quæ multo minor: graciliorque: Asiarum aliqui nardum siluestre appellant: Phu. quoque quidam nardum siluestre appellant nascentem in poto. Hæc a Dialcoride commemorantur: & in Cilicia nasci nardum iam omnibus constat: Sed ubi hæc Venetiis in primis coepit quibusdam persuaderi non poterat: locum illi poetæ recte dicere spica cilissa: Nec aduertebant poetæ a Propertio accepisse locum Qui in elegia Musa palatini iquit. Terque lauet nras spica cilissa comas: cum pro oleo nardino dicat. Arguebant præterea nullo pacto nardum aduri ad odorem. Nec legerant eundem Propertium in elegia. Sunt aliquid manes inquit Curado. Flammæ non oliuere meæ. Cedat tandem uicta pertinacia detractos: & uera dicere Marsum fateatur: Sunt tamen. G. Cornelii loci quod in commentariis nostris paululum imutati ne dixerit deprauatis: & hoc non mea culpa factum: Sed celeritate illorum: quæ characteres imprimendos contexit: ut in ipso fere principio cum factum esset factum fecere: & ubi erat αρωπιον fecere αρωπιον. Sic in quibusdam aliis libris. & in eo loco primi lib. Er go ubi nox aderit uenturus tertia noctis: Cum ego dixisset Tertio die nocte: fecere calendæ. Et in eodem lib. ubi erat. Qu. Fabi. Rulus: Is qui primus suæ gentis maximus est appellatus. factum est Fabius Rutillianus. Et in secundo libro. cum multis in locis esset linea breuis iacens: non electa, punctis hinc inde signata: quod signum sit pro hoc uerbo est: non id illi intelligentes putabant. s. & dicere. Sed diligens lector facile cognoscat. In principio quæti lib. in ipso titulo: cum esset cum deploratione orbitatis: fecere declamationem: & principium epistolæ: Destinatum tibi. G. Cor. opus maturantem: factum est Destinatum tibi. s. Cor. opus. Et in eodem lib. sequutus ipse poetæ sententiam Dixi Veneris Erycinæ sacra. a Claudio Mar. in urbem translata. Sed illud accelerantis: bus impressoribus. Et me ut celerrime quoque exscriberem: urgentibus præterieram non errore: sed ipsa celeritate Liuium de secundo bello punico lib. ii. dicere: Decem uiros iustos inspicere lib. Sibyllinos & inspectis retulisse patribus: ædes Veneris Erycinæ: ac deæ Mentis uouendas esse. Et paulo post ita inquit: Tum ædes uouitæ Veneris Erycinæ. Aedem quoque Fabius maximus dictator nouit quia ita ex fatalibus lib. edictum erat: ut is uoueret cuius maximum imperium in ciuitate esset: Et in. iii. lib. inquit. Duum uiri creati sunt. Qu. Fabius maximus: & Attilius Crassus ædibus dedicandis menti: Atti. Fa. Veneris Erycinæ: Quod quidem ad illud quoque facit quod de Menta diximus in. vi. li. Hæc nos ideo uoluimus addere ne quis dicere: aut errasse marsum: aut aliquid præterisse iure possit.



Ed proposueram. G. Cornelii repetiturum me in fine commentariorum nostrorum omnem astrorum seriem: de qua per totum opus differimus & nostri temporis addere potest rationem. Sed quia nimium creuit operis magnitudo: & de illis omnibus rursus agere nimium id quidem: & ingratum lectoribus esset: in aliud tempus differendum esse duxi. Pauca tamen attingam: quae maximo fore omnibus usui existimauerim: & ad excutiendum errorem in quo, multi uersantur: & ad ueritatem apertissime discernendam. Nam cum in explicandis illis usi nos sumus auctoribus: Higinos: Plinio: & interdum Columella: quibus & multi quoque innituntur: Non tamen est eadem ratio nostrorum temporum: quae illorum fuerat quod facile ostendemus. Ne uidear penitus: ut rumpatur liuor. huius rationis expertus. Vtor enim preceptore Rigio nostro Adriaco astrologorum principe. ut nemo dicere me possit erraturum. Eaque erit nobis quaestio. Cur illud sit: quod poetae Nasonis: & augusti temporibus sol arietis principium inibat undecimo calen. apri. Nunc uero in sit quinto idus martias. Fecit hoc quidem differentia motuum corporum caelestium illorum & nostrorum temporum. Nam ab eo anno. quo natus est Ouidius usque in hunc annum defluere anni mille quingenti & xxii. Sic tam magna temporum longitudine magna est facta motuum mutatio: ut illud mirandum esse non debeat. Si ingressus solis in unumquodque signum illius temporis plurimum a nostro tempore differt. undecim enim diebus nunc antecedit. Cuius rei causam est motus augium. Sic enim summas caeli altitudines uocant. & Stellarum fixarum. & motus accessus: & recessus capitis arietis octauae sperae mobilis. Namque eius sperae zodiacus est mobilis: & ipsa quidem inferior est. Alter uero zodiacus: quem uitae circulum graeci ostendunt. Nonae sperae: quae ultima & altissima est nostro uisui: immobilis est: & permanens perpetuo absque alio motu: praeter suae spae motum ab oriente in occidentem assidue sine ulla intermissione agitur: De quo zodiaco immobilis: siue signorum immobilium intellexit diuinus ipse poeta. Itaque assumptis: & intellectis principis horum signorum mobilium: siue sperae octauae mobilis: una cum motu accessus: & recessus capitis arietis ipsius octauae sperae enumerabis tres motus eorundem mobilium. Nam motus augium. & stellarum fixarum proprium motum habent: ut patet in tabulis calculationum: seu computationum. Habet & proprium motum cum tabulis suis. Motus accessus: & recessus octauae circuli causatus a duobus principis. equinoctialibus: uidelicet arietis: & librae: & est tertius motus tabulae equationis accessus. & recessus quae est tabula perpetua incipiens ab imo gradu: & prosequens usque ad .xc. deinde a .xc. usque ad imum gradum retroeundo & hoc modo eundo: & redeundo. Tabulae perpetuae est equationis Numerus uero ipsorum motuum incipit a gradu. o. minutis. ix. Secundum .xv. augendo in numerum graduum .xv. Tabulae in .gr. ix. minut. o. Secundum. o. Itaque collectis motibus horum trium in tempore Nasonis. Et similiter in hoc aeuo nostro colligimus solem inire unumquodque signum. xii. immobilium: nunc nostro tempore. xi. diebus ante: quam illo tempore: Veritate Nasonis & octauae augusti. zodiacus mobilis octauae sperae erat sub zodiaco nonae taliter. quod aput arietis octauae non erat distans a linea perpendiculari: ne in minimo quidem spatio a capite nonae: Quae propter uirtus infundebatur inferioribus ampliata per concordantiam duorum zodiacorum in una quidem & pura concordia: quae causa fuit tantae pacis illorum temporum. Sic itaque dispositis rebus per remotionem capitis arietis mobilis: a capite arietis immobilis nonae sperae in it sol per .xi. fere gradus de necessitate: qui se mouet in quarta spera planetarum per lineam exeuntem a centro terrae per centrum corporis solis: hoc est ipsius solis: terminantem in principio signorum nonae sperae: per tempus probatum .xi. dierum ante numerum dierum illorum temporum ut inferior computatio demonstrabit. Tempus. n. introitus solis in .xii. altissima signa zodiaci fixi: cum quibus multa admiratione digna poeta posuit sub umbra fabularum. Hic inferius dimissatione minorum uel ante uel post. anni. Mcccclxxxii. annotamus. quo quidem anno haec excerptimus & imprimenda dedimus Sol in it arietem die. xi. martii. Sol in it taurum die. xi. aprilis. Sol in it geminos die. xii. mali. Sol in it cancrum die. xiii. iunii. Sol in it leonem die. xiiii. iulii. Sol in it uirginem die. xiiii. augusti. Sol in it librae die. xiiii. septembris. Sol in it scorpionem die. xiiii. octobris. Sol in it sagittarium die. xiiii. nouembris. Sol in it capricornum die. xiiii. decembris. Sol in it aquarium die. xi. ianuarii. Sol in it pisces die. nona februarii. De ascensione uero imaginum caelestium: quae undique per totum coelum fusae sunt: tam in latitudine meridionali extra zodiacum: quam in latitudine septentrionali similiter extra zodiacum illud dixerimus: Ad perfectam cognitionem earum: tam ascendentium: quam descendentium iuxta lineam orientis: cum signis zodiaci oportet te habere instrumentum sperae solidae. In qua inuenies circulum orientis: in medio cuius sperae solida sita est cum circulo suo meridiano: & taliter disposita: quod deprimere possis polos siue attollere secundum latitudines: climatum mundi: uel secundum elevationem poli tue regionis: Itaque habita huiusmodi spera tuopte ingenio uerificabis ascensiones: & descensiones omnium & singularum imaginum quae caelo & quadrata esse in caelo constat. unacum ascensionibus zodiaci ab hac linea orientis: cingentis omnia: & diuidentis speram in duas partes: superiorem: & inferiorem: & est terminator uisus. Cum quo etiam in instrumento duplicem orientem. rectum. s. & obliquum cognosces: a quibus quidem duobus diuersitas quoque locorum terrestrium discernitur: quod latius in commentariis sperae percipies. Si ea in his temporibus rectificatis: ut ita dixerim: imaginibus siue stellarum fixarum locis formata fuerit.



Optimus hæc ideo Georgi Corneli commentariis nostris addere: ne quid tibi in tanto opere aut deesset: aut ab aliis desideraretur. Quod carpere quoque pget insanus livor & cum multa hinc didicerit: fretus insolentia: & ingratitude sua: laboris nostri laudem detractare cõtedet. Sed quo magis illius sæviet in frenis rabies: eo dilucidior erit laus nostra: & pia ingenia maiore nos observantia & gratitudie psequetur: & quod a ybulsã certe nõ pbatur: me nouo genere interpretatiõis uti uoluisset: ut oia rudibus quoque pueris essent apertissima: in eo quidem gratiam & agent: & habebunt mihi posteri sempiternam.

## REGISTRVM HVIVS OPERIS

Quidius de fastis

extremum

a

Tempora cum

signa uia

Excute

nus addidit

b

iam noui

pro sensisse

mitibus

Et noua

c

ab ipsis

Cæsar

nisi esculapius

salia: uege

d

aurelio referunt

rum: & hortoge

erat risus

hostis presertim

e

semper que recenti

tiis: quæ

xa est.

ir cognominatio

f

Interpretatiões

Quaque capit

cedebat cum

ædem Martis

g

propinar aut

in hanc etiam

insula quasi

Corruitis

h

quintilos comites

Plus tamen

quasi fugiunt

i

est emina

Omne ab

hanc quia,

k

ueterum

clã inter festi

horis posse

l

Tertii fastoge

Mars uidet

Lacte ferino

Edificata ergo

m

Ille deus

loco maius

tulit arma

Oebalie

n

uocato. Tarda

cibus usque

At nõ effuget

cog. nu. uesta

o

nam plurimus

Vtque do.

sub ministra

p

Cur hedera

enim ni puerili

ita parcis

q

Interpretatio

Mea tempora

ut secundi.

Inque inter

r

Vtque solet

sepe pudicus

qua laced.

cretensem

s

castam Si tu

mater habet

Pendula

Perpetuo

t

Sunion

ter qui cum

go credendum

Per sua

u

Clam luerat

Terraque

eius a nostris

x

interpretationes

regali insidere

minor etas

reddidit.

y

Home utrumque

Vindice nullo

tumida superiore

meretrices fugat

z

uit reoge

Notas ueteris

formam: &

&

Interpretationes

terra fuit

Aurea posedit

lat: nodis

9

Vesta eadem

esse diu

in sacris

sidio fecerunt

z

Mater moesta

Celum ac

Pallantide

premi. Quid

A

Sumano: quisquis

manu sepelierat

na. Habet

FINIS



Quod si quis in hoc libro...  
 de rebus...  
 in hoc...  
 et...  
 et...  
 et...




REGISTRVM HVIVS OPERIS


Outward Title	Page	Page	Page
Extremum	1	1	1
Tempus cur	2	2	2
Extremum	3	3	3
Extremum	4	4	4
Extremum	5	5	5
Extremum	6	6	6
Extremum	7	7	7
Extremum	8	8	8
Extremum	9	9	9
Extremum	10	10	10
Extremum	11	11	11
Extremum	12	12	12
Extremum	13	13	13
Extremum	14	14	14
Extremum	15	15	15
Extremum	16	16	16
Extremum	17	17	17
Extremum	18	18	18
Extremum	19	19	19
Extremum	20	20	20
Extremum	21	21	21
Extremum	22	22	22
Extremum	23	23	23
Extremum	24	24	24
Extremum	25	25	25
Extremum	26	26	26
Extremum	27	27	27
Extremum	28	28	28
Extremum	29	29	29
Extremum	30	30	30
Extremum	31	31	31
Extremum	32	32	32
Extremum	33	33	33
Extremum	34	34	34
Extremum	35	35	35
Extremum	36	36	36
Extremum	37	37	37
Extremum	38	38	38
Extremum	39	39	39
Extremum	40	40	40
Extremum	41	41	41
Extremum	42	42	42
Extremum	43	43	43
Extremum	44	44	44
Extremum	45	45	45
Extremum	46	46	46
Extremum	47	47	47
Extremum	48	48	48
Extremum	49	49	49
Extremum	50	50	50














III

OVIDIUS  
DE FASTIS  
CUM  
COMENTARIUS  
1502

No. Caja  
A-54



R. 30748

~~7~~ ~~7~~ ~~7~~

Caja  
A-24

*Dei Obi. de la Comp. de Jesus de Granada 1693. B. P. L.*



**O**vidius de Fastis cum duo-  
bus commentariis: Anto-  
nii de Fano et Pau-  
li Marsi.





itteras tuas Alexander charissime & fraterni amoris & eruditionis plenas pxime accepit: ex quibus intellexi te in euoluendis fastos & uoluminibus non modo carmine illud elegantissimum: sed et commentaria in emendata: & in uersa librariog: nostri temporis culpa & incuria precepisse: rogatque me: ut hoc tam preclarum opus a tot deprauationibus uendicem: quemadmodum superiorum est anno. Q. Curtius emendauimus: quod antea corruptus ferme totus uulgo circuferebat: ego (ut uerum sit) si pater nam beniuolentia licuisset: labore quem mihi iniugis recuasssem: non quod materia esset uilis & ab-

iecta: emendatio. n. grammatice peculiaris est ps. Na. M. Varro scripsit eam constare in pubus quatuor lectione. s. enarratione: emendatione & iudicio: & M. Valerius pbus soli huic nec ulli preterea grammatice parti deditus multa exemplaria contracta emendare ac distinguere curauit. Reliquum non mediocre silua sermonis antiqui: Sed quod in presentia aliis maioribus districtus negociis: uoluntati tue haud facile poteram more gerere. Oui. n. de Tristibus ac Ply. de alalibus opus sane arduum ac difficile interpretatur cuius prouinciam magnam partem absolui: multa inibi corrigimus: quod ab aliis aut pretermissa aut illis incognita fuisse. Huc et accedit eruditione adulescentium meorum studium: quibus rebus impeditus Fastos quoque lectione te plurimum oblectas: aliis relinquere decreueram corrigendos Sed ut & tibi quem ob ingenii elegantiam & uitae integritate ac excellentem aetate annos eruditione amos: si naque plequor pietate: & commo quoque oium utilitati consulere ex Platonis sententia: quod ad Architam Tarentinum scribens eum admonet illud considerandum. Nullum enim sibi soli natum esse. Sed ortus nostri parte sibi patriam uendicare: parte parentes: parte amicos: haud inuitus & carmine correxi & enarrationes: curauimus ut Antonii Fanestis: & Marci interpretationes una ipsi merentur a diligentissimo ac solertissimo bibliopola Ioane Tacuino nostro: ne quod ad carminis intelligentiam deest.

Quicquid uero latius continebat paucis in margine assignauimus: quo facilius posses ad id quod diu quaerendum est digitum intedere. Accipies igitur frater optime opus quod emendatissimum: intelligesque nihil est tam arduum: aut difficile: quod tua cura non sum suscepturus quam libentissime.

Locus  
Catulli  
enarratus

Nunc reliquum est ut ad id redeam: quod scire te uelle ostendis. Scribis ut sententiam meam tibi exponam super eo Catulli uersu. Patroa uirgo plus uno maneat penne saclo: rez paucis accipe. Catullus optat: ut ab eo liber editus diu duret & permaneat: Nam quum dixerit Cornelio se illi libellum dicere statim subiungit Patroa uirgo plus uno maneat perenne saclo: ubi uirginem ponit pro charta quae nunquam antea edita fuit: quemadmodum dicimus uirginem eam: quae nunquam partum edidit. Martialis. Scribioque signatas custodiat ipse uirginis pater chartae: patroam autem pro patria: & Veronensi accipies. Hic est uerus

Locus  
Liuu cor,  
rectus.

Catulli sensus quem nos primi (quod citra arrogantiam dictum sit) excogitauimus. Secundo loco scribis te legisse apud Liuum li. viii. bona uirtutum consecrata fuisse senionis sanguini deo. Quis autem fuerit deus Senionis sanguis a me quaeris: ego (ut tibi et locum hunc scitu dignissimum exponam) non senionis sanguis: sed sabinosanguis legendum esse affirmo. Nam Cato (autore Dionysio Halicarnaseo) nomen sabinorum genti impositum fuisse ait ex sabinolandi diu gentilis: Hunc autem sanguinem quibusdam pistium uocatum fuisse refert. & quia Iatius in bello cum romanis gesto uocatur multa templa uariis diis: uerisimile est illum sabinosanguis gentis auctori aede quoque exisse: Nam & Dionysius scribit eum soli & lunae. Saturno. & Reheae uesaeque preterea: & Vulcano: & Dianae: & grino. Et diis aliis: quoque noia

Locus  
Plynii dif  
ficillimus  
enarratus

difficile est lingua graeca enunciare aedificasse. In postrema parte tuae epistolae declarari a me cupiebas locum Plynii ex. vii. li. naturalis hystoriae. ubi ille scribit raros esse patribus periores columete ubertatem seminum exustione: in cuius uices nunc uergat aeuum. Sensem facile percipies. si quod hoc in loco sit exustio intellexeris: a qua ubertatem seminum consumit Ply. refert: & inde filios raro prius periores fieri: scribit Aristoteli (autore Censorino annu esse maximum: quem solis & lunae uagarumque stellarum orbis conficiunt: cuius anni hiems est Cathaclysmos. i. Diluio: aetas autem Ceyrosia. exustio quod est mundi incendium. De anno magno Cicero li. ii. de natura deorum ita scribit. Magnam Annu Mathematici noiarunt: quod tum efficitur quum solis & lunae: & v. errantium ad eandem inter te comparatione confectis oium spatii est facta conuersio: quae quia longa sit: magna quod est: esse uero certa & definita necesse est de anno magno multa Seruius & Macrobius Exustionis uero & diluuii meminit Plato in timaeo. scribit enim aegyptium quendam sacerdotem grande natu Soloni haec dixisse. O solon solongraeci pueri semper estis: nec quicquam e graecia senex: Cur istud diceret praesentante Solone in dicitur sacerdotem. Quia iuuenis semper uobis aius est: in quo nulla est ex uetustatis commemoratione prisca opinio. Quod ideo uobis contigit: quia & multa & uaria hominum exitia fuerunt eruntque. Maxima quod est aut ignis conflagratione: aut aquae inundationibus puenire necesse est: minora uero aliis quibuslibet calamitatibus fieri. Nam quod apud uos fert praesentem quondam solis filium currum ascendisse paternos: nec patris aurigatione seruata exussisse terras: ipsumque flammis caelestibus conflagrasse: quis fabulosum uideat: ueque quodammodo esse putandum est. Fit eum longo tempore intervallo caelestis circuitus permutatio quodam: quam inflammationis uasitas necessario sequitur. Tunc hi qui edita & ardua incolunt loca magis puenit quam mari flumibusque uicini: nobis porro Nilus quum in plerisque rebus salutaris est: tum huiusmodi a nobis ardet exitum quum uero dii aquarum colluione terrae sordes diluit. pastores ouium atque bubulci qui iuga motum habitant: periculum illud euadunt.

Vestrae autem ciuitates in planitie sitae impetu fluminum ad maria rapiuntur. Sed in hac nostra regione neque nunc neque alias unquam in agros superne descendit. Contra uero sursum e terrae uisceribus scaturit: quod breuiter antiquissimae regum apud nos monumenta seruant: p inde ubique nec imbrium tempestas nimia: nec incendium ingens contingit: sed alias pauciores: alias plures homines trahunt: idem refert et Macrobius de diluione & exustione. Quod autem exustio consumat ubertatem seminum docet Cicero li. ii. de natura deorum: cuius uerba haec sunt. Sunt autem stellae natura flammae: quo circa terrae maris aquarum uaporibus aluntur his qui a sole ex agris tepesfactis & ex agris excitantur. quibus altae renouataeque stellae atque ois aether effundat eadem: & rursum trahunt in idem. nihil ut fere intereat: aut admodum paulum: quod astrologi ignis: & aetheris flamma consumat. ex quo euentus nostri putant id de quo Panetium addubitare dicebant: ut ad

extremū oīs. mūdus ignesceret pobum humore consūpto neq; terra ali posset: neq; remearet aer: cuius ortus aqua omni exhausta eē non posset: ita relinqui nihil p̄ter ignem: a quo rursū amante ac deo renouatio mundi fieret: atq; idem ornatus oriret. q̄ autem Plynius scribit in exustionis uices æuū uergere designat exacta antea diluiones: nunc incendium quo exurit ubertas seminū in stare: idem docet carmen illud Sybillæ erithreæ. Exurit terras ignis pontūq; polūq; idem sensit Ouidius qui i met. ita cecinit. Esse quoq; in fati remini scitur affore tempus: Quo mare quo telus correptaq; regia cœli Ardeat & mundi proles operosa laboret. Seneca etiam in libro de consolatione ad Martiam idem ita refert: & quum tempus aduenerit quo se mūdus renouaturus extinguat: uiribus ista se suis cedent: & sydera syderibus incurrent & omni flagrante mat̄ria uno igne quicquid nunc ex disposito lucet ardebit. & Lucanus libro septimo inquit. Cōmunis mundo superest rogas ossibus astra Mistrurus: & Augustinus libro. xx. de ciuitate dei scribit figuram huius mūdi conflagratione perituram: sicuti factum est aquarum inundatione diluuii. Nunc postea q̄ litteris tuis respondi: & tibi morē gessit in immensum crescat epistola: dicendi finem faciam: si te prius monuero. ut Magnifico patrono tuo Victori Minoto homini nobilissimo: & perpulchre docto me commendare non desinas. Vale Venetiis. An. no. Mccccxvi. Calendis Aprilibus.

Domici Palladii Sorani tetrastichon ad Antonium Constantium poetam illustrem.

Sulmo tumet nafone suo, uerrona catullo.

Cloria romani magna tibulle laris.

Vmbria callimacho gaudet: eos ipsa philetha.

Latentur patriæ moenia clara tuæ.

AD Illustrissimum principem Federicum ducem Urbini montis Feretri & Durantis Comitem imperatorem inuictissimum: ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vexilliferum Antonii Constantii Fanensis præfatio in commentarios Fastorum Nalonis.



Etiam religionem quam licet diuini cultus scientiam diffinire Federice dux & imperator clarissime tuentur quidem maiorem in modum theologi inter quos domi belliq; non sine summa tua laude & omnium admiratione uerfari: nō nihil tum ad eam rem mihi afferre uidentur qui maiorum nostrorū pietatem & obseruantiam in deos posteris tradiderunt: quorū exroribus contemplandis & religionis nostræ ueritas illustratur & eorū animi: qui de rebus diuinis recte sentiunt concitatus feruntur ad uerum atq; ad omnipotentis dei cultum uehementius accenduntur cum intelligunt quanta ueneratione: quibus hostiis quāta temploꝝ maiestiate in fœlix illa gentilis deorū imagines fuerit profecuta. Neq; enim audiendi sunt agrestes quidam: ac nimium austeræ religionis homines qui eminentiorem locum ut uulgo aiunt: beatorū sedibus aucupantes ab humanitatis studiis abhorrendū existimant & dum pro uera religione stare cupiūt. non intelligunt se non sine impietate quadā diuo Augustino Lactantio Eusebio: atq; alijs præterea uiris sanctissimi aduersari: qui a maioribus nostris & cerimonias & dicendi copiam mutuati religioni nostræ splendore quendā ac pulchritudinē adiecerunt. Quæ cum ita sint placuit Ouidii Fastos quantum meū mihi suppeditaui ingeniu explicare opus omni antiquitatis suauitate p̄sum: ubi p̄ter deorū gentiliūq; festa prisca ritus & pleraq; alia memoratu digna ortus occasusq; lūderū ac nōnullæ historiæ cōtinent: quibus rebus lector non delectari solū sed recte institui atq; ad optimā frugē p̄duci pōt. Si q̄dem historiæ cognitionē uerā disciplinā exercitationēq; esse ad res ciuiles nemo dubitat. Astronomia uero ut cæteras eius laudes p̄terea distantia sidera nobis admonet & quasi admonet ut æquabilitate uitæ atq; constantia cælestium motū atq; ordinē imitemur. Accedit ad hæc quod pleraq; urbis templa magnificētissima & ædificia olim Romanā ostentantia maiestatis: quibus hæc ætate fundamentorū tantū reliquæ manēt aut certe nulla uestigia uel diligenter explorantibus sese offerūt in eodē ope pene integra & inuiolata monstrant: ut eiusmodi regū studiosis quæ cernere minime possunt ea facile & uidere & contemplari liceat. Quare nō incōsulto factum est ut statuerimus tibi Sanctæ Romanæ ecclesiæ Vexillifer inuictissime nō minus optimæq; artū studiis quam regū bellicæq; gloria & singulari moꝝ dexteritate p̄stanti n̄m hoc opusculū qualecunq; fuerit elargiri rem nulli non poetæq; interpreti (quod equidē miror) tot sæculis de tractā. Quis. n. te dignior horū cōmētariorū titulo ubi magna ex pre de rebus romanis agit: Nam ut taceā id quod apud Faneses nulla t̄pis longitudo nulla unq; delebit obliuio. Redactū abs te Fanū fortunæ patriā meā nō incelebrem coloniā Romanorū in Pii Secūdi Sūmi Pontificis ditionē. Vnde nemo est Fanesium: qui uti quondā te hostē formidauit atq; in medijs belloꝝ iucēdiis exhorruit fulminantē ita & post speciosam illam uictoriā tuā placidissimū ac beneficētissimū experius nō singulari quodā amore & obseruatiā p̄sequatur. Ut omittā cæteræq; regū a te gestæq; magnitudinē multitudinē ac fœlicitatē tuo uigore animi: tuis uiribus. tua prudentia comparatam: ita ut merito cum præstātissimis Romanorū exercituum ducibus uidearis posse cōferi. Ut præteream inuiolatam illam & integerrimā fidem: qua tibi tantū auctoritatis & gratiæ apud Summū Pōtificem: apud reges atq; alios principes apud eminentissimas resp. comparasti: ut nemo eat inficias tuo cōsilio tuisq; auspicijs omnem Italiā gubernari & tibi acceptū referri quod hoc tempore in summa pace ac trāquil- litate præter solitum conquiescit. Ut transeam mansuetudinē & clāmentiam tuam cum in omne hominūq; genus tum in eos qui te uel grauissimis iniurijs affecerūt cæsarianæ cuiusdam ac uere Romanæ magnanimitatis indicium: tibi quidem a natura tributæ sed philosophiæ ac theologiæ familiarium tibi scientiarum studio cumulata. Religionem præterea & obseruantiam in deum: quam in tanta curarum mole in tot ac tantis

occupationibus omnibus non modo festis uerū etiam profestis diebus præ te ferre nō desinis. Quid ædes illæ tuæ urbinates tot excisogæ te collum durissimis lapidibus cameratæ quibus nihil pene comparandum habet Italia nihil fere ut ita dixerim unouersus orbis: quid illa inquam uenustissima & magnificentissima regia non minus cænationum cæterorūq; locog; multitudine q̄ aptissima distinctione spectanda: item amplissima bibliothæca pensilibus scalis & admirabili quadam rōne iussulis: pauimentis: tectorio: auro nimio: signis picturis: tanta demum impensa: tanta solertia & artificio cōdita: ut nemo ab eius spectaculo nisi inuitus abscedat: nō ne ostēdit indignam te principe hanc ætatem omnibus avaritiæ sordibus inquinatā: te autem dignissimum quem omnis antiquitas quem Roma illa terrarum domina si fieri possit iter Lucullos Pompeios: Mæcenates: Agrippas ac Cæsares uenerat: tibi assurgat tui candorem animi & excellentiam amplectetur. Quid cum fata negauerint: nihil tamen impedit quin & in his cōmentariis ac lucubratiōibus nostris quocūq; modo tibi assurgat antiquitas: & te principem excellentissimum multorum ætaris nostræ scriptorum monumentis immortalitati commendatum cum præsentī seculo ipsa quoq; posteritas admiretur.

#### IN FASTOS ARGUMENTVM.



Vulentum opus Nasonis: quod explicandum assumpsimus fastog; titulum ac nomē accipit nō a fastis diebus. i. festis ut multi ætatis nostræ homines. & quidē eruditissimi falso arbitrant: quos Festi Pompeii traditio nō intellecta decæpit: sed a fastis hoc est libris annalibus unde magnam partē huius operis exceptā esse autor ostēdit: ut Sacra recognosces annalibus eruta priscis: & Idē. Sacra cano signataq; tempora fastis. Nam Isidorus nullam fidē meret q; a fastibus. i. potestatibus (ut idem ait) Ouidii fastis nomē inditū putat. Sunt autē fasti autore Seruio libri dierum computationem habentes: ubi teste Pophyrione per cōsules annorum numerum colligebant. Erit autem plenior diffinitio si secundum Acronem dixerimus Fastos esse annales in quibus memoria temporum continet: quicq; ad cōmemorationem honog; rerū gestarum inuēti dicuntur uirtutes indices. Horatius in quarto carminum: Tuas Auguste uirtutes in æuū per titulos memoresq; fastos æternet. Idem in eodem: Non coæ referunt iam tibi purpuræ: nec clari lapides tempora quæ semel notis condita fastis inclust uolucris dies. Proprie igitur fasti sunt annales scdm sempronii Mellionis opinionem accepti ab. A. Gel. traditam libro quinto noctium atticarum addita dierum computatione: ii cū per annos singulos scriberentur ex quo iam parentem dixere fastorum tantūmodo quod factum quosque anno gestum esset aliquid demonstrabant: quorum nonnulli ueloti funesti nihil præter nomina consuli iugesserunt ut Lilius scribit. Differunt autem a diurnis urbis actis: quæ uel humilia recipiebant cum Fastis tantum illustria mandarentur. Vnde illud legimus apud Cornelium Tacitum: Nisi cui libeat laudandis fundamentis & trabibus quis molem amphiteatri apud campum Martis Cæsar extruxerat uolumina implere cū ex dignitate populi Romani repertum sit res illustres annalibus talia diurnis urbis actis mandare: iidem autem Prisciano Fasti a fastis diebus nominati sunt non quia festi hoc est diis dicati sint cum constet teste Macrobio fastos dies pro festis siue negociosis inesse: qui festis ac sacris aduersantur: sed quia eius modi annales cum dies fastos nefastosq; cōtineant decuit a diebus candidioribus ac melioribus nominari. Fastos autem dies nefastis præstare nemini dubium est. Vnde a Festo Pompeio festi dicuntur nefastorum comparatione. Fastis enim diebus eodem autore iocunda fari licebat nefastis quædam non licebat. Quam ob causam Eusebius eos tristes appellare non dubitat: ii enim dies quamuis proprie atri non sint ut recte. A. Gel. docet pro abominandis tamen interdum accipiuntur teste Porphyriōne. Horatius. Ille & nefasto te posuit die. Statius in sexto thebaidos. Prospectu uisus interclusere nefasto. Sane Fastorum inuentionem nonnulli Eudoxo Cnidio astrologo tribuunt Socratis auditori sodalique Platonis: quod uerum ne sit aliorum sit iudicium. Hunc certe Seruius scribit primum annum deprehendisse: quem tamen dubitandum non est eum hausisse ab ægyptiis disciplinis. Scriptorem autem Fastorum fuisse Lucanus testatur: ut Nec meus Eudoxi uincetur fastibus annus. Bum Laertius refert in ægypto annum unum & menses quatuor moratum mento attonso atque supcilio. viii. annorum historiam scripsisse qui ut. A. Gel. meminit non multo post Romam a Gallis captam ob sessumque capitolium in Græcia nobilitatus est. Illud planum est priscis temporibus ad curiam Calabram ubi tantum sacrorum ratio gerebatur Senatū uocari solitū & populum a rege Sacrificulo: ut (quoniā adhuc fasti non erant) sacrificiorum prenoscere dies ac ludorum Primus autem Fastos in uoluntē redactos publicauit Cn. Flavius Appii cæci scriba inuitis patribus ut Macrobius refert tantam plebis gratiā adeptus que antea cogebatur rationem dierum petere a principibus ciuitatis ut natus ipse libertino patre: sicut Plinius scribit creatus sit ædilis curulis præteritis. C. Petilio & Domitio: quorum patres cōsules fuerant: quo tempore ob dolorem omnis nobilitas dicitur annulos abiicisse. Nec nos lateat factum cum pro annali libro accipit frequentius secūdā declinationis eē: ut Instabatque dies qui dat noua nomina fastis. Et tempora si fastosque uelis euoluere mundi. Inuenitur tamen & quartæ apud Lucanum: ut Eudoxi uincetur fastibus annus. Quod eius errore prolatum Seruius putat. qui a Prisciano merito reprehenditur cum antiquiores quoque inueniatur idem similiter protulisse. Varro: Virtutum causa Iulii cæsaris qui fastus correxerat mensis Iulius appellatus est. Columella: Verum in hac ruris disciplina sequor nunc Eudoxi & Metonis antiquorumq; Fastus astrologorum. Sciendum Sane Ouidium scripsisse duodecim fastorum libros: quorum hodie sex tantum extant nō posteaq; est relegatus in pontum ut quidam asserunt adducti in eam opinionem his uersibus qui leguntur in quarto huius operis libro. Sulmonis gelidi patriæ germanice nostræ Me miserum scythico q̄ procul ille solo est. sed ante relegationem suam: inscripserat enim hoc opus Augusto: cuius editionem illa indignissima relegationis calamitas impediuit quod planum est horum carminum argumento: quæ legimus in secūdo tristiū

Ne tamen omnem mentem credas opus esse remissum. Sæpe dedi nostræ gratia uela rati. Sex ego fastorum scripsi totidemque libellos. Cumque suo finem mense libellus habet. Idque tuo scriptum nuper sub nomine cæsar. Et tibi sacratum fors mea rupit opus. Ea scripsisse Ouidium constat anno primo sui exilii nondum impleto: ut facillime quis diligens lector inueniet: quo tempore nihil nisi flebile a se scriptum fatetur: ut carmina scripta mihi sunt nulla aut qualia cernis. Digna sui domini tempore digna loco. Cæterum Naso relegatus in Pontum plerisque additis ac mutatis in scripsit hoc opus non Tyberio ut docebimus: sed Germanico Drusi priuigni Augusti filio ut eius intercessione aliquando consequeretur ueniam uel reditus uel exilii mitioris: quæ spes eum fecerit. Nam ut Augustum inexorabilem habuit ita & postquam is humanis rebus excessit non dissimilem Tyberium nactus est. Fuit autem Germanicus ut ait Suetonius ingenio in utroque eloquentiæ, doctrinæque genere præcellenti & adeo lenis atque innoxius ut eius uirtutibus motus Augustus diu cunctatus fuerit an eum sibi faceret successorem, quem demum adoptandum Tyberio dedit. Autoris uita: librorum numerus & alia quædam in exponendis autoribus considerari solita ita manifesta sunt ut consulto a nobis pretereantur studentibus breuitati: quos tantum in modum & priuata impediunt negocia & Fanensis respiciendi uendicat ut nihil otii fere ad hæc studia relinquatur.

#### PRÆFATIO IN FASTOS

Paulus Marfus Piscinas Poeta. Cla. generoso iuueni Georgio Cornelio. M. Cornelii equitis. F. salutem.

**R**OSTQVAM mihi ex longa peregrinatione redire tãdẽ tua quoque pace e Venetijs Romam: unde decenio antecesserã. uelut in portũ & optatã quietẽ licuit. Retuli me. G. Cornelii ad ea studia: quã tã longo tpe iter miserã. quã longo a patriis sedibus abfuerã: traditaque publice nec optatũ nec petẽti mihi p̄stitẽdi prouicia fuit. Quam ut arduam: ac per difficilem in tanto doctissimorum hominum cœtu libentissime repudialem: nisi me uetus amicitia ab instituto repulisset. cuius quotidiano quodam conuicio compulsus eam tandem aggressus: lyricos primo quidem anno horatianos: ac Ouidii tristia diligentissime interpretatus sum. Proximo uero diuinum illud fastorum opus: in quo tot ueterum mysteria: tot mythicæ: physiceque obscurius recondita sunt: magna cura: ac uigilantia: auditorumque frequentia professi sumus. In quo nobis eo magis elaborandum fuit. Quo ne uerbum quidẽ unum efferi potest: quod non his quibus id præstat muneris excipiat: exceptumque temerario quodam impetu uulget. Dedimus igitur operam ut fideliter interpretaremur: & quamquam in cæteris dilucida breuitas semper placuit: in eo tamen opere nolui me continere terminis ut multi solent angustis: qui rem plerumque confundunt: & quod ad diluciditatem redigendum est minus sp̄icuum reddunt. Ego at ita rẽ oẽm aperui. ut rudibus quoque pueris facillime cognitu puraret: nullisque obscurioribus locis abesse lumen. Inuigilaui plurimum historicis. & fabulis. in quibus totius fere operis ratio uersat. Siderum at obseruationem neque post habendam censui. neque de ea supra quam locus exigebat differui. Etenim si es his ipsis: qui astrorum scientiam profitentur: pauci admodum sunt: quæ eam ipsam recte teneant propter mutatas. aut potius amissas: ut aiunt ueras tabulas: quo pacto nos humanitatis professores eam tenebimus. quam ne unquam quidem delibauimus. Satis erit nobis in præsentia poetæ mentem per singulos locos aperire: & quod ad rem faciat ab antiquis scriptoribus mutari hoc unum ausim dicere me in hoc opere & militiæ meæ morem gessisse: & æquum lectorem nihil esse in eo quod ulterius desiderari queat iudicatur: laudaturumque qua celebritate fuerit a nobis hoc opus absolutum. fuere. n. alii: qui cum plurimum annorum in hoc ipso operam exhibuissent. non tamen pluribus annis absoluerunt. Nos uero paucis mensibus ad finem deduximus: quod tamen admirationi debet esse nemini. Sumus. n. in ea urbe: in qua humanitatis studia semper floruerunt. Vbi & maior librorum copia: quam in cætera aufonia: immo in toto orbe posset comperiri. Adde & doctissimorum hominum frequentiam: qui in urbem tanquam in communem patriam confluunt: ita ut in omnibus: in quibus aliqua oriret dubitatio statim quem consulas occurrat: quod in cæteris locis minime erit: id boni magis Romæ contigit. quã ubi uisgenitũ. Quo quidẽ fretis celerius & fidelius oia a nobis cõficiunt. Scripserat in fastos pluribus ante me annis. Pauca tamen fidelissimus antiquitatis: & totius latinitatis interpres Põponius n̄r. Postea nos secuti prouicia oẽm percurrimus: nihil intactũ: nihilque indiscussum reliquentes. Deinde per uisã Anaclyterius meus uir: tũ græcis: tũ latinis litteris ornatissimus: & utroque dicendi genere illustris: fastos & ipse interpretatus est. Idẽ paulo ante fecit doctissimus & eruditissimus iuuenis: interpresque diligentissimus Ant. Volscus. cũ quo est mihi tãta necessitudo & mutua beniuolentia. ut cõmuni utriusque titulo lucubrationes nostras esse edituri. quod occupato illo in propertianis monumẽtis: & me ab urbe digressio: non est in p̄sentia factũ. Sed ne quẽquã defraudemus plurimũ linguæ latinæ cõferes: magnã ille laudẽ in omni studiorum genere mereat. Antonius preterea fanensis uir & ingenio & doctrina singularis: & in utraque eloquentia summus in idagãda rõne fastorum pluribus iã annis occupat: nescio si illi ad finẽ peruẽtũ. n. o. o. o. quæ nobis est Romæ: eã domi librorum: supellectilẽ habet: ita que nobis facillima sunt: reddũt aliis difficiliora. Accedit locorum ratio: romanorum p̄sertim: quæ cæteris incognita sit: & aperta nobis: quæ in ipsis sumus educati: facit: ut oia sint nobis quam aliis p̄optiora. Taceo de ingenio. quod mihi non mediocre natura suggessit & de ea quam ego industriam adhibuerim in quo & cõsilio ualere: & iudicio simul me posse existimo: quod aliorum quoque testimonio cõprobat. qui iudiciũ meũ in multis expetiuerunt: & expetitũ sunt oĩno secuti. Liceat ita sine arrogantia loqui: ne cuiquam benemeretũ uera laus detrehat cũ primus ego per totũ hoc inges pelagus audenti Cibus cucurrerim: que prius incognita erant cæteris aperuerim & ita aperuerim ut ulterius ingredi laborẽ omnibus ademerim: quod si illi qui mō uiuunt: laboriosi huic laudi nostræ essent ingrati. Spero equidẽ mihi posteritãtẽ ingetis gratias habiturã. Tibi uero in primis. G. Cornelii laborẽ hunc n̄rum pro tua in me humanitate: & oĩ officiorum genere dicamus: ut si quãdo mea uox corã tibi domi p̄derat audiẽti p̄sit & in posterũ quoque absentia



& tecū ab eas un̄ pullulātē iā ubi sobolē queas: & nobis ducibus erudire: & bonis quoq; moribus īstituerē: non n. sola fastoz gloria tetemanet: sed q̄ ad institutionē uitæ humanæ ptinent: Tuo etiam noi dedicant̄ officia lia ipsa p̄cepta: tanto a nobis labore & diligētia lucubrata: ut pdire ex ipsis ueræ academiæ fontibus uideant̄. Quin & ingēs ipsa pharfallia: & artis theoricæ p̄cepta sūma cū uigilātia: & fide a nobis interpretata: tuoque itidē nomini dedicata fore qdem existimo immortalem tibi gloriam paritura: Que si tibi grata eē cognouero labores omnis meos portinus expectato. Fac igif si tuæ laudis grīs studiosus: ut leto munusculum hoc meum animo te suscepiſſe: & gratum fuisse cognoscā. Sed iam nimis euagatus sum: ad poetā ipsum tādē ueniamus.

Ouidii uita per Paulum Marſum Pifcinatem poetam clarissimum.



**P**VBLIVSOVIDIUS Nasopelignus sulmone ex equestri natus est ordine: eo tēpore quo Hir- cius & Pansa consul. mutinensi bello perire: Secundo quinquatrioz die. xiii. calen. apri. sub Plo- tio Grippo lris operam dedit. M. Varroni & Cor. gallo acceptissimus: stimulative p̄re foro aliquā diu incubuit. Reos plerumq; defendit iudicium: inter cētum uiros dixit. Declamauit accuratissimē unde & merito iter declamatores eum Seneca commemorat. De functo patre ad poetice redit. Militauit sub M. Varrone: & cum eo Asiam petiuit: nec prius in urbem reuersus: quam græcum sermonē imbibisset. Vxo- res breui duas habuit: tertia tamen diutius secum mansit: ex qua Perillam genuit. Demū ab Augusto in exiliū missus est: anno ætatis suæ quinquagesimo. Exulauitq; annis nouem: prius in ea infelicitate anno Tyberii quā to. Sed huius exili cā uaria refert̄ de qua alias late differuimus refellentes uarias & eoz in primis oplio- nes: qui Sydonii testimonio Lium: seu Iuliam Augusti: aut Tyberii filiam amasse referunt: & ea cā in exi- lium missum: eamq; sub corynne nomine celebratam: quod facile refelli potest si diligentius Sydonii uerba trutinabimus. qui cum uellit endecasyllabis: Narbonēlem quemdam poetā super cæteros extollere: quos aut aperte nominat: aut periphraſi ostendit. De Ouidio sic inquit. Et te carmina per libidinosa Notum: na- so tener: tomosque missum. Quondam cæsarie nimis puellæ: falso nomine subditum Corynne: hoc est quod multos decipit. Sed ordine ipso interpretemur uersus: & res ipsa lucidior fiet. Superat inquit: te naso tener lasciuie notum: in famē per carmina libidinosa: propterea quod artem amatoriam scripsisti: & missum tomos uidem: quemadmodum hoc loco coniungit: & missum tomos per carmina quoq; libidinosa & sine coniu- ctione subditi: Quondam nimis subditum puellæ cæsareæ falso Corynnæ nomine per hæc uerba non ostē ditea cā missum esse in exilium: quod cæsare puellā amarit: sed quod artem scripserit: Sed quæ fuerit hæc cæsareæ puella in dubio est: nam si recte perspicimus puellam non tā pro filia: aut nepte: quam pro ancilla accipere possumus: uti & pueg: cum pueros non modo filios: & que sunt ætate puerili: sed etiam seruos uoca- mus: ut sæpe numero apud poetas: & oratores inuenies: quod etiam ostendit Paulus iuris consul. de uerbogz significatione: potuit igif cæsaream ancillam amare & eam sub Corynnæ nomine celebrare. In libris. n. ad Co- rynnā nihil est dignum principe muliere. nam ad eandem cœnam eunt: certe cum principibus non isset multa in p̄cat̄ in uirū: in Cæsare nō ita fecisset: accedit illa ad illū nō isset p̄cep̄o laniat capillos: nō ita demēs fuisse ut p̄cipis laniasset. Præterea in oibus q̄relis: & q̄ in libro tristiu: & q̄ in his de p̄to scriptæ sunt: nihil de amore q̄rit̄: nisi qd̄ artē scripserit: nihil in amore ip̄ecat̄: errorēq; id quo dānatus sit nō culpā: nō scelus. nō cri- mē uocat̄: ac si demōstrare uelit errorem alienū crimen incidisse: uel ut alii dicunt q; Iuliā nudā uiderit: uel q; Cæsarem Augustum in re turpi deprehenderit. Idq; facile ex eo loco p̄cipi potest: cur aliquid uidi: cur noxia lumina fecit: cur in prudenti cognita culpa mihi: quoq; uersum sententiam multi perauerunt dixit. n. cognita culpa: non hic de sua sed de alterius culpa dixit. Et in hoc subdit Aetheonis templum: qui incius in dianam nudam incidit: sic & eum incium in aliquid simile incidisse conuicendum est: qd̄ omnino negari nō p̄t: cū i tertio tristium lib. dicit. Incia: qd̄ crimē uiderūt lumia plector. Peccatūq; oculos est habuisse meos: & pluri- es in eandem sententiam redeat. Et enim quāuis cæsareā puellam amasset: certe nō hoc errorē: nō isce deli- quere dixisset: nā & cōscie & sūmo scelere in augustā maiestātē deliquisset. Relinquit ergo qd̄ aliquid uiderit ex quo Augustum in odium puocarit: & exilio sub artis amatoriz culpa multatus sit: Scripta elego heroicoq; carmine reliquit multa quæ maxime: & usui ornamentolinguz romanæ sunt heroidū epistolas plures. Artis amatoriz libros tres: Amoris remedii libros duos. De amoribus ad Corinā libros tres. Trāsmuta. ionum li- bros quindecim. Scripsit & tragedias quaz maxime & a Quir. & cornelio tacito Medea probabaf i q̄ q̄tum ualeret igenio ostendit Librum in malos poetas composuit: ut Fabius Quir. refert. Epistolā scripsit ad Lium auguide morte Drusi. bellum actiacum inchoauit: ad Tyberiu libros duos. In exilio tristium libros quinq;. De Ponto quattuor. Fastoz libros duodecim. Scripsitq; in ibin imp̄cationem: uaticiniaq; uno libro complexus: ē Scripsit & triumphum Cæsaris: Postremo de p̄ictibus opus inchoauit: quem. postea imitatus est. Oppianus. Lingua letica libellum de gestis imperatoris apud g. tas edidit: quin etiam & alia pleraq; scripsisse constat. In- teriere tamen multa: seu librariogz in curia: seu posteritatis inertia. Fastoz at̄ sex tantummodo in n̄ra sæcula peruenere: cum & ipse duodecim scripsisse dicat. Sex ego fastoz scripsisti: totidemq; libellos. Cūq; suo finē men- se libellus habet. Hos at̄ multi putā Romæ inchoasse. Sed in ponto absoluit: ut p̄ ex eo loco in quarto libro cum inquit Salmonis gelidi: patriæ germanice nostræ: Me miserum scythico quam procul illa solo: nam inde scripsisse ostendit. Ego at̄ putto eū in ponto integz opus absoluisse: sed tātum sex libros emēdator edidisse re- liquos nec emēdatos nec editos icuria post eius iteritū p̄isse. Dicauitq; hoc opus nō tyberio Aug. uel multi af serōt sed germanico Drusi fris Tyberii filio illius drusi: q; i germania oppetit. Nā si tyberio dicasset: cū Aug. fili- esset: adoptiuus tamē nō i hoc primo li. dixisset. Et tuus augusto noie dictus auus. Auus. n. Tyberii fuit Cæ- sar & Augustus p̄re: ex adoptiōe tamen. Ergo de Augusti nepote intelligēdum est non de filio: & id ea fortasse ratione: quod germanicus plurimū a militibus amabaf. Si quādo imperaret: quē iā sibi poeta cōciliaſſet ab eo

restituere in patriam: uel quod per eum in Cæsaris gratiam rediret. Hic n. germanicus ut autor est Tranq̄l  
 lus missus ad exercitum in germaniam: excessu Augusti nūciato: legiones uniuersas imperatorem Tyberioꝝ  
 pertinacissime reculantes: & sibi summa reipublicæ deferentes incertum constantia: an pietate maiore cōpe  
 scuit: atq; hoste mox deuicto triūphauit. Huic igitur dicati sunt fastoꝝ libri: in qbus sacra totius anni describū  
 tur: & ut de uerbi definitione disseramus. Pompeius lib. vi. de significatione uerboꝝ ita inquit. Fastoꝝ libri  
 appellabātur in quibus totius anni fit descriptio. Et subdit: fasti. n. dies festi sunt: ea ratione uolebant nostris  
 multi posse annales dici. In hoc tamen differunt: quia in annalibus plurium annorum res gestæ continebant  
 seruato cuiusq; anni ordine. In fastis uero non rerum gestarum aut multorum temporum series: sed deorum  
 cultus: & omnia ad religionem instituta quacūq; causa per stata totius anni tempora: suis quibusq; mensibus  
 cum ortu & occasu signorum referuntur. Eratq; illud pontificum: ut quacūq; patres sua religione instituisent  
 sacra. & cerimonias omnes in fastos redigerent. Pluresq; longe ante Ouidium e nostris Fastorum poetas scri  
 ptos accepimus. Primumq; Liniū Andromicum: deinde Ennium. Postea alios quoq; multos. Ouidius ue  
 ro longe post euolutis priscorum fastorum libris: & pontificum monumentis: & annalibus ueterum omnia  
 quæ ad rem sacram pertinere uisa sunt reformato in certiore ordinem anno: signorūq; obseruationem in  
 fastos suos seriosius redegit. Sed iam ad præfationis interpretationem utniendum.

### CALENDIS IANVARIIS

festum Iunonis: & Aesculapii.  
 iiii nonas  
 iiii nonas Cancer occidit  
 Pridie nonas  
 Nonis Lyra oritur.  
 viii idus vii idus  
 vi idus  
 v idus agonalia Ian delfin oritur  
 iiii idus media hyems  
 iiii idus festum Carmentis & Iuturnæ  
 Pridie idus  
 Idibus festum Iouis: Octauus dictus Augustus.  
 xix calendas februarii  
 xviii cal. festum carmentis porrimæ & postuertæ.  
 xvii cal. festum concordia  
 xvi cal. Sol in aquarium transit relicto capricorno  
 xv calen. xiiii calen.  
 xiiii calen. xii calen.  
 xiii calen.  
 xi calen.  
 x calen. lyrae pars occulitur  
 ix pectus leonis occidit festum sementis  
 viii calen.  
 vii calen.  
 vi calen. festum Castoris & Pollucis.  
 v calen.  
 iiii calen.  
 iiii calen.  
 Pridie calen. festum pacis.

### CALENDIS FEBRUARIIS.

iiii nonas festum Iunonis: & ospitæ sacrificiū Io  
 uis capitol. lucus asyli celebratur.  
 iiii non. lyra penitus occidit: terga leonis occidunt.  
 Pridie nonas delphin occidere incipit  
 Nonis Augustus: dictus. P. P. ganymedes oritur.  
 viii idus  
 vii idus  
 vi idus  
 v idus initium ueris  
 iiii idus  
 iiii idus Bootes oritur  
 Pridie idus  
 Idibus festū Iouis: & fauni: nefastus dies fabioꝝ  
 xvi cal. martias Coruus: & anguis & crater oriuntur  
 xv calen. Iupercalia  
 xiiii calen. aura mutatur. sol transit in pisces

xiii calen.  
 xii cal. festum stultorum: fornacalis: feralia.  
 festum deæ mutæ  
 xi calen. caristia sacra  
 x calen. festum termini  
 ix calen.  
 viii calen.  
 vii calen.  
 vi calen. Tarquinii superbi fuga  
 v calen.  
 iiii calen.  
 iiii calen. equiria in campo martioꝝ  
 Pridie calen.

### CALENDIS MARTIIS. festū Iouis & martis ancillia feruntur uetita nuptia.

vi nonas  
 v nonas alter piscium occulitur  
 iiii nonas bootes occidit. uindemitor apparet  
 Pridie non. festum uestæ. cathedra Iulii Cæsaris  
 Nonis. festum ueiouis Pegasus oritur.  
 viii idus oritur corona.  
 vi idus  
 vi idus v idus  
 iiii idus altera equiria iuxta tyberim  
 iiii idus  
 Pridie idus  
 Idibus festum annæ perennæ: cædes Cæsaris.  
 xvii calen. aprilis Scorpius occidit  
 xvi calen. festum Bachi pompa Castoris & Pollu  
 cis: & oritur miluius.  
 xv calen.  
 xiiii calen. quinquatria Mineræ  
 xiii calen.  
 xii calen.  
 xi calen. Sol in Ariete  
 x calen.  
 ix calen. viii calen.  
 vii calen. æquinoctium uernum  
 vi calen.  
 v calen. iiii calen  
 iiii calen. festum Iani concordia: salutis. & pacis  
 Pridie calen. festum lunæ in auentino  
 CALENDIS APRILIBVS festū Iunonis &  
 uirilis fortunæ ueneris: Scorpius occidit.  
 iiii nonas pleiades humeros paternos releuant  
 iiii nonas Pridie nonas

Nonis festum Cybelis.

viii idus festum publicæ fortunæ in cole quirinali.  
vii idus  
vi idus ludi in honorem Iulii Cæsaris propter ca-  
dem iube regis: Libra occidit & orion.

y idus ludi in honorem cereris, & deorum imagi-  
nes efferuntur.

iiii idus

iii idus

Pridie idus

Idibus festum iouis victoris & libertatis:

xviii ca. maias grando. augustus uictor mutiæ

xvii calen. sacrum forde bonis

xvi calen uictoria Augusti & de Antonio hyades  
occidunt.

xy calen.

xiiii calen. ecuria in circo uulpium combustio

xiii calen. Sol in Taurum transit.

xii calen. natalis urbis. palilia.

xi calen.

x calen. uinalia. transfertur uenus.

ix calen. viii calen. vii calen.

iiii calen. medium uer. aries occidit. festum rubigi-  
nis. canis oritur. iii calen.

Pridie cal. festum Floræ. Vestæ. & Phœbi. & Augu-  
sti in palatio.

CALEN. maias oritur capra amaltea. ara Iarum.

vi nonas sacrificia aristarum. hiades oriuntur ludi  
Floræ.

v nonas oritur chiron. iiii nonas

iiii nonas libra apparet.

Pridie nonas. Nonis.

viii idus vii idus lemuria fiunt. orion oc-  
cidit. malum nubere.

vi idus v idus

iiii idus festum martis ultoris

iii idus

Pridie idus pleiades oriuntur: æstatis initium. Idibus  
Taurus apparet: scyrpea simulachra in Tyberim. festum  
Martis.

xvii calen. iunias xvi cal. xy cal. xiy cal.

Iamq; opus exegit iam uos hinc ire labores

Ite mei: totumq; pedes efferte per orbem:

Liberiore uia celeres: cultissima lingua

Qua romana uiget: primo qua surgit eoo

Phœbus: & hesperis nitidum caput obruit undis.

Et qua zona poli feruet rubicunda perusti:

Quaque coit scythicus brumali frigore pontus.

Nullaque pars orbis sit nostri muneris experts.

Perque omnis resonate domos: puerilibus amnis

Vos certam promittere opem: & prodesse iuuentæ

Fas erit: atque graui præbere alimenta senectæ:

Ostendetis enim ueterum monumenta quirinum:

Temporis & prisici seriem: ritu siue sacrorum:

Et quæ templa deis posuit ueneranda uetustas:

Astorum causas: orientia sydera cælo:

Lapsaque sub terras: longos uigilata per annos

Peligno uati: cuius fidissimus ipse

Interpres: uolui tantis hunc rebus honorem

Addere: si quis honos e nostro pectore manat:

Me duce lucidius toto ut relegantur in orbe:

FINIS.

xiii calen. sol in geminos transit. agonalia.

xii calen. canis erigonius oritur.

xi calen. Iustria Vulcani:

x calen. ix. calen. viii calen.

vii calen. sacrificium pro fuga Tarquinii.

vi calen.

v calen. festum publicæ fortunæ.

iiii calen. aquila incipit apparere.

iii calen. Bootes occulitur.

Pridie cal. Hias oritur.

CALENDIS IUNIIS festum Carnæ. Iunonis mo-

netæ. martis tempestatu aquila oritur

iiii nonas hyades oriuntur.

iii nonas

Pridiæ no. festum Bellonæ: templum factum herculi

Nonis festum sancti Fidii semiparis.

viii idus

vii idus urfa minor occidit festum Mentis.

Ludi ad honorem Tyberis.

vi idus festum Vestæ. Asini coronantur. ara Iouis  
pistoris. v idus oritur delphin.

iiii idus matralia fiunt. festum fortunæ. & Cœcordiæ

iii idus

Pridie idus.

Idibus festum iouis inuicti. quinquatria mineruæ.

xviii calen. Iulii.

xvii calen. Thyene apparet. tēplū uestæ purgatur

xvi calen. zepirus mitigatur. bonum nauigare.

xy calen. orion oritur. delphin apparet. sol ingredi-  
tur cancrum.

xiv calen. templum palladis in auentino.

xiii calen. festum Sumani.

xii calen. Aesculapius oritur.

xi calen.

x calen.

ix calen. Flaminius uictus est.

viii calen. festum fortis fortunæ.

vii calen. orionis zona aspicitur: solstitium æstiuus

vi calen. v calen. festum Laris & Statoris

iiii calen. templum Quirini.

iii calen. Pridie calen.

ROBERTI VRSI ARIMINENSIS IURIS  
CONSULTI EPIGRAMMA AD PAVLVM  
MARSVM PISCINATEM POETAM CLA-  
RVM: ET ORATOREM ILLVSTREM.

Fastorum quisquis latii monumenta teneret:

Signaque cum causis: lapsa: uel orta cupit.

Te legat: hic celebri nasonem interprete marso

Doctus erit: marsi lingua disertus mei est:

Euganeis fuerat: latiiisque incognitus oris.

Naso: uelut geticus: sarmaticusque foret.

Tu nihil inuidiam ueritus: nihil inde labores:

Nil hosti: qui nasum thino cerontis habent.

Grande opus aggredieris: deles mendosa: recludis

Abditæ: propter queque reposita parenta

Naso tibi: tibi nos multum debere fatemur.

Omnia sunt scriptis facta serena tuis.

Marse diu felix merito tibi parta perennis

Gloria: & æternum nomen ad astra: Vale.



**TEMPORA** cum causis. Duodecim anni menses & dies festos cum eorum causis: quis nō omnium celebritatum causā redduntur ut lector uidebit: euolutis enim fastorum libris multa a Nafone desiderata sunt cum illi omnia nō suggererent. Sane possidonius teste Laertio scripsit tempus eē incorporum q; nihil aliud sit q̄ interuallum mundani motus. Vnde Saturnus Cæli filius dicitur per quem accipimus tempus ortum a cœlo: & a quibusdam philosophis tempus diffinitur cœlestis motus dimensio. Id secundum Varronem duorum generum facimus. Vnum annale quod Sol circuitu suo

ANT.  
FAN.  
Tempus



**PVBLII OVIDII NASONIS FASTORVM**

**TEMPORA** Cum causis latium digesta per annum lapsaq; sub terras: ortaq; signa canam

Excipe pacato cæsar germanice uultu  
Hoc opus: & timidæ dirige nauis iter

per annū. Quem latini duodecim mensibus explicāt: absoluūtq; diebus. ccclxv. & quadrante: qualē & Perias iā pridem recepisse. Q. Curtius docet: ut Magi proximi patriū carmē cantabāt & tercentum sexagintaq; iuuenes sequebātur punicis amiculis uelati diebus totius anni pares numero. Quippe Persis quoq; in totidē dies descriptus est annus. Nam ægyptios constat annū aliqñ habuisse mensium quattuor: Arcades triū: A carnanes sex. Nec nos moueat Cleoboli ænigma: quod de anno duodecim mensium tale fertur. Vnus pater ē isq; duodecim filios habet: eorū singulis triginta sunt filia: quarū aliæ candidæ: altæ nigræ: sunt: imortales uero sunt & moriuntur oēs. Vbi paucos dies anno subtrastos mirari non debemus: q; & Cleobolum scimus lōge ante Iuliū cæsare uixisse Roma regibus seruiēte: & legimus apud Pliniū Phalerio Demetrio athenis dicatas eē statuas. ccclx. nō dum anno hūc diērum numero excedente. Est aut̄ annus auctore Macrobio non solū is quē nunc cōmunis oīum usus appellat: quicq; a nōnullis in octo diuiditur sesquimenses & quattuor tempora: Ver: æstatem: autumnū: h̄yemem: sed singulorū luminū siue stellaz emensio omni cœli circuitu a certo loco reditus annus suus est. Tria autē sunt ut Seruio placet annoz genera quæ ex syderibus colliguntur. Est. n. annus lunaris diērum triginta. Est solstitialis continens duodecim menses. Est & magnus quē esse uolunt oibus planetis in eundē recurrentibus locum quem Plato in Timæo pfectum appellat: De quo Cicero in lib. de finibus bonorū & maloz ait. Vere ne potest esse dies sæpius qui semel fuit: certe non pōt: an eiusmodi: ne id quidem nisi cū multa annoz intercesserint milia & oīum syderum eodē unde profecta sint fiat ad unum tēpus reuersio. De hoc anno uaria dicuntur: nam alii tria milia annorū magnum annū tenere dicunt: alii duodecim milia & insuper annos. D. ccclxiii. Alii cum phœnicis uita eius cōuersionē fieri prodiderūt. Alii quoq; aliter. Dicitur autem annus uel ab eo quod græci ἐν νόῳ dicunt: uel ut putat Atteius capito a circuitu t̄pis ab eo quod ueteres an pro circū ponere solebant ut an terminum ambactus. Redit. n. in se uti annulus. Virgi. Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus. Quare ante Inuētās litteras ut ait Seruius indicabatur picto dracone caudā suam mordēte: & Pan totius naturæ deus pedū recuruum: hoc ē baculū habet pp annū qui in se recurrit. Alii dictū putāt ἀπὸ τοῦ ἀναβῆναι α. i. ab innouatiōe quod renouetur. Vocamus autē ex annis qui nūc habētur eū intercalarem quo dies ex quattuor quadrātibus inseritur Februatio: quē plenū accipimus hoc est constantē horis quattuor & uiginti. Nam nox auctore Seruio pars diei ē. Sed diē dicimus ut idē inquit a parte quā cōstat esse meliorē: unde usus obtinuit ut sine noctis cōmemoratione diez numerus explicetur. Huius diei principiū alii esse uolūt a solis exortu: quidam ab eius occasu: alii a meridie: alii a meridie: quod ultimū Varro absurdū putat. Lege eundē Seruiū. Itē Macrobiū i Saturnalibus: & A. Gel. in secūdo noctiū atticaz: ac Pliniū in primo natu. hist. Sane annorū: alii ciuiles alii naturales uocātur. Ciuiles sunt quos populi siue gentes p arbitrio sibi statuūt. Naturales uero qui e cursu sydez colligūtur: quoz eū uertētem uocant q & solstitialis d̄r. LAPsaq; sub terras ortaq; signa canā. Ortus & occasus syderū peritia non solū nautis & agricolis: sed ipsis quoq; iperatoribus & exercitiū ducibus necessaria uidetur: cuius ignoratiōe (ut scribit Onofander in li. cui titulus est de optimo Imperatore) insidiari uolentiū cōsilia plerūq; in irritum ceciderunt. Sunt autē signiferi circuli siue zodiaci signa duodecim: sed cū his oriuntur & occidūt alia partim i meridie: partim in septētrionē uergentia: ut Lyra: Cygnus: Perseus: Orion: Argo. De quorū ortu & occasu una cū signis zodiaci poeta dicturus est. De his multi scripserūt: iter quos Hipparchus cōmemorauit quot claras: quot secundæ lucis: quot obscuras habeant stellas. Est autē oīs cœli uastitas a peritis ut ait Pli. in duo: & septuaginta signa discretæ: quæ aut rerum aut animantiū effigies sunt. EXCipe pacato cæsar Germanice uultu hoc opus: Inuocat Germanicū Drusi & iunioris Antoniaz filiū de quo ipse alibi. Siquid adhuc igitur uiui Germanice n̄o R est in ingenio seruiet omne tibi. Nam quod quidā Tyberii iuocari existimabāt: qui n̄a persuasione mutauere sentē

Annus

Annus triplex

Annus unde dictus

Diei principium.

Dies ciuiles  
Dies naturales  
Signa zodiaci

Ortus et occasus signorum

tiā procedere ullo modo non poterat cū autor Augustum auum eius uocet: cui hoc opus inscribitur. Nec re-  
 luctatur nobis illud Hanc tua cōstituit genitrix & rebus & ara: quod male intellectu (ut infra ostēdemus) multos  
 in manifestū errorē induxit. Quod aut nōnulli dicūt Germanicū nō potuisse cæsarē dici: quia Romanū iperitū  
 non obtinuit: fallum est. Plinius. Extat oratio Vitellii qua reū Pisonē eius sceleris coarguit hoc usus argumento  
 palāq; testatus nō potuisse ob uenenū cor Germanici Cæsaris cremari. Solinus Apis ægyptius auerlatus Ger-  
 manici cæsaris dextrā pdidit ingruentia: nec multo post cæsar extinctus ē. Lege Iosephum qui Vespasianū Titū  
 & Domitianū eodē tpe cæsares uocat. Hic Germanicus annū agēs quartū & trigēsīmū ut ait Suetonius Antio-  
 chizæ obiit non sine suspitione ueneni: cui Tyberius causa mortis fuisse creditur per Gn. Pisonem legatum Sy-  
 riaz. TIMida dirige nauis iter. Translatio est siue metaphora. Nam ut uenti naues sic fauor mouet ingenia:  
 & est metaphora autore Quintiliano breuior similitudo. Cum enim dicimus fecisse quid hominem ut leo-  
 nem similitudo est: cum de homine dicimus leonem metaphora.

PAV.  
MAR.



**E**TCVM proprium sit poetarum pponere: inuocare: narrare morē seruat & ipse: proponit pri-  
 mis duobus uersibus de quo dicturus sit: & duo se scripturę pollicetur. TEMPora p romanū an-  
 num cū rōnibus: hoc est cū ipsi originibus ordinata & ortus occasusq; signoz. Inuocat non coele-  
 ste numē: sed germanicū ipm: ut faueat: ut facilis sit: licet in oibus fere mētib; mensiū numina:  
 & interdū musas imploret. Sic & Lucanus nō superiora numina sed Nerōnē iuocauit. Sed mihi iā  
 numē: nec si te pectore uates Accipia: cyrrea uelim secreta tenentē. Sollicitare deum bacchūq; auertere nisa. Tu  
 fati ad uires romana in carmina dandas. Id uero non modo a poetis: sed ab historicis quoq; seruatum est. Vt a  
 Valerio Maximo. Te quoq; huic cōcepto: penes quem hominū deorumq; consensus regimē esse uoluit Cæsar  
 inuoco. Mos autem inuocandi numinis in initio operis ab ægyptiis in græciam & a græcis ī latium emanauit.  
 Illi enim nisi inuocato prius numine nihil unquam aggrediebantur. Idē quoq; nobis ex Platonis instituto tradi-  
 tum est. Narrat deinde poeta Tempora ipsa uti proposuit: & orientia labentiaq; signa. In hac autem præfatiōe  
 ut decebat germanicum docilem: beniuolum & attentū reddit. Docilem cum summam rei breuiter exposuerit.  
 Non enim potuit breuius aut dilucidius exponi res tanta: q̄ cum diceret. Tempora cum causis latium digesta p  
 annum. Lapsaq; sub terras orta q; signa canam: & in hoc etiam attentū reddit: cum magnum quidem & arduū  
 sit id profiteri. Beniuolentiam uero ab auditoris primū persona captat cū ipsum uelut coeleste numen iplo-  
 ret: cum in fastos referendum asserat: cum eloquentiam & poetica ipsius extollat. A seipso beniuolum facit:  
 cum ita supplex se & opus suum germanico uouerit. A rebus autem cum ostēdat: quod ei cōmodum futurum  
 sit: uel quid ex his edificere poterit: ut illud. Sacra recognosces annalibus eruta p̄ficis: & reliqua: inquit ergo Ca-  
 nam: ego cantando scribam: ut poetæ solent. TEMPora digesta: disposita & ordinata. PER Annum latium: p  
 annum romanum: a Romulo prius: deinde a Numa institutum: postea a decem uiris emendatum. Demum a  
 Cæsaribus in certiore ordinem redactum. LATium: a latio ubi Roma est: quod a latēdo deducitur: & ideo  
 per annum latium dixit quod annum alii aliter obseruauerunt: de quo paulo post. CVM causis: hoc est cū ratiōni-  
 bus. Est. n. causa animi īpulsus ad aliquid agendū. Ratio uero: ut Victorino placet: ē gerēdoq; ordo ex causa ueni-  
 entium: ut quid quo loco dicas. ac facias itelligas. Ratio sine cā esse non potest. Causa uero sine ratione pōt: ergo  
 cum ex causa ratio sit. Cum causis: hic cū ratiōnibus itellige: uel cū causis cum originibus: nam & fabulas & hi-  
 storias refert: unde quid originē habuerit: & qua ratione fuerit institutū: præsertim cū causam plæriq; uelint a  
 casu deduci: & inde esse negociorum originē. Aliqui causę appellationē Chaos dedisse uolunt: a quo principi-  
 um rerum oīum fuit: maxime cū causa negociorū: ut diximus origo sit. Alii causam a κω uerbo græco detor-  
 quent: quod est uro quod nos urat: & impellat ad aliquid agendum. TEMPora: dicta sunt a cōmunionis tēpera-  
 mento: quod inuicem se humore siccitate: calore frigore temperēt. De tempore. M. Varro, sic inquit Tempus  
 esse dicunt interuallum mūdi & motus: id diuisum in partis aliquot: maxime ab solis & lunę cursu: itaq; ab eoz  
 tenore temperato tempus dictum. Aristoteles uero. iiii. physcorum. Tempus est inquit numerus motus secū-  
 dum prius & posterius Prius & posterius sunt in motu prout sunt numerata ab anima: & paulo post tempus ex  
 mensura motus rerum mutabilium & in eodem quoq; libro: tempus est passio motus & præcipue motus cœ-  
 li: & paulo post tempus est numerus priorum & posteriorum existentium in motu. Motum autē ipsum late de-  
 clarat in. v. physcorū. Vectius autem prætextatus apud Macrobiū. Tempus inquit est cætera dimensio: quæ  
 ex cœli conuersione colligitur. Annus uero idem est Pompeio teste: quod a græcis εὐνοῦ dicitur. Vnde quod  
 nos trienniū: illi τριενοῦ uocauerunt. Atteius Capito Theodosio teste latinā dictionē putat: quia a circuitu tē-  
 poris dicitur: cum ueteres an pro circum ponant. Vt Cato in originibus an terminum pro circum terminum.  
 Est igitur annus solis amphractus cum peractis. ccxlv. diebus & quadrāte ad eadem syderum loca redit. Dicitur  
 quia mensibus in se currentibus uoluatur. Vnde Virgilius. Atq; in se sua per uestigia uoluitur annus. unde anu-  
 lus paruus circulus: quod in se redeat. Annus apud ægyptios ante inuentas litteras dracone picto suam morden-  
 te caudam: qui in se recurreret indicabatur. Qua etiam figura phœnices: cum mundi imaginem exprimerent:  
 usi sunt: ut appareret mundum & ex seipso alii: & in se reuolui. Non desunt qui deductū dicant annum ab αὐτῶ  
 & νεω: id est renouo: quia semper renouatur: & Canam signa non modo illa duodecim: quæ in circulo zodia-  
 co sunt: sed alia quoq; sydera: nam de multis aget: ut de lyra: delphine boote: & aliis. LAPsaq; sub terras: occide-  
 tia seu quæ iam occiderunt: & sub terris sunt: & orta orientia: aut quæ iam orta sunt id est canam occasum & or-  
 tum signorum: & uidetur hoc esse contra præceptum. Fabii: qui asserit ubi de compositione agit in multis ser-  
 uari ordinem naturæ: ut prius dicamus ortum: q̄ occasum. Poeta prius occidentia signa q̄ orientia dixit. Sed id  
 fecit ad leniorem sonum: lenius enim est pronunciatu orta q; signa: q̄ lapsaq; signa. Nec me fallit illud quod in  
 hoc a uulgo adduci solet: solem & cætera sydera in nostro hemisphero prius uisa occidere q̄ oriri: nec illud quod